3. *Ps. lapponica* Zett. I. p. 214. ♂♀, VIII. 2986, & XI. 4265.

4. *Ps. exima* Meig. Zett. I. p. 215 ♀. VIII. 2986. ♂, XI. 4266, & XII. 4589. ♂.

(Ad Esbo Finlandiæ, *Pippingsköld* ♂ (♀?) semel, Mus. *Bonsdorff*).

4 Sp.

Fam. 7. LEPTIDES Meig.

24. LEPTIS Fabr.

1. *L. scolopacea* Linn. Zett. I. p. 216. ♂♀, VIII. 2986. ♂♀, XI. 4266, & XII. 4590.

Var. b. VIII. 2986. ♀, & XII. 4590. ♂♀.

(In Finlandia utraque varietas copiose, Mus. *Bonsdorff*).

2. *L. tringaria* Fabr. Zett. I. p. 217. ♂♀, VIII. 3987. ♂♀, XI. 4266, XII. 4590.

Obs. Maculæ abdominis laterales nigræ variant perspicuæ, aut obsoletæ, aut interdum fere nullæ.

3. *L. Vanellus* Fabr. Zett. I. p. 217. ♂♀, VIII. 2987, & XII. 4590.

4. *L. stigmatica* Wahlb. Zett. I. p. 218. ♂♀, & VIIII. 2987. ♂♀.

Plura specimina feminea circa Gothoburgum versus finem mens. Julii & ineunte Aug. 1855 a D. Intend. *Malm* lecta mecum communicata fuerunt.

5. *L. annulata* De Geer. Zett. I. p. 219. ♂♀, VIII. 2987. ♂♀, & XII. 4590.

Rursus in Scania ad Lindholmen d. 28 Maj. marem, & d. 7- 12 Jun. feminas nonnullas cepit *Roth.*

Var. b. ♀. XI. p. 4266.

6. *L. Ephippium* Zett. I. p. 219. ♀.

7. *L. maculata* De Geer. Zett. I. p. 220. ♂♀, VIII. 2987, XI. 4266. ♂, & XII. 4591. ♂♀.

(In Finlandia parce, Mus. *Bonsdorff*).

8. *L. lineola* Fabr. Zett. I. p. 221. ♂♀, & VIII. 2987. ♀.

(Etiam in Finlandia, sed minus vulgaris, *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. I. p. 221.

9. *L. cinerea* Zett. I. p. 221. ♂♀.

9 Sp.

25. CHRYSOPILA Macq.

1. *C. atrata* Fabr. Zett. I. p. 222. ♂♀, VIII. 2988, & XII. 4591.

(In Finland. freq., Prof. *Bonsdorff*).

2. *C. nubecula* Fall. Zett. I. p. 223. ♂♀, XI. 4266, & XII. 4591.

Ad Gothoburgum Westrog., *Malm.* (Ad Runsala prope Åbo Finl, Mus. *Bonsdorff*).

3. *C. luteola* Fall. Zett. I. p. 223. ♂♀, VIII. 2988, XI. 4266, & XII. 4591.

In Scania etiam ad Illstorp d. 12—16 Jul. 1855, & ad Lindholmen d. 15—23 Jul. 1856 uterque sexus, a D. *Roth* haud infrequenter observatus. (In Finland. rarius, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. I. p. 224.

4. *C. laeta* Zett. I. p. 224. ♀.

5. *C. diadema* Linn. Zett. VIII. p. 2988. ♂♀.

5 Sp.

26. ATHERIX Meig.

1. *A. crassicornis* Panz. Zett. I. p. 225. ♂♀, VIII. 2989, & XII. 4592.

(In Finlandia præsertim boreali & media vulgaris, Mus. *Bonsdorff*).

2. *A. marginata* Fabr. Zett. I. p. 225. ♂♀, VIII. 2990. ♂♀, & XI. 4266.

3. *A. nebulosa* Fabr. Zett. I. p. 226, & VIII. 2990. ♂♀?

3 Sp.

27. PTIOLINA Stæg. (TYOLINA Walk.). (*)

1. *Pt. obscura* Fall. Zett. I. p. 227. ♂♀, VIII. 2991. ♂, XI. 4267, & XII. 4592. ♂♀.

Var. b. ♀. I. p. 227.

2. *Pt. nigra* Stæg. Zett. I. p. 227. ♂♀, VIII. 2992. ♂, & XII. 4593. ♂♀.

3. *Pt. nigrina* Wahlb. Zett. XII. p. 4593. ♂♀.

4. *Pt. nitida* Wahlb. Zett. XII. p. 4594. ♂♀.

*5. *Pt. nigripes* Zett. n. sp.: nigro-cinerascens, subopaca, abdomine atro, nitido (♀); antennis, palpis non dilatatis, halteribus pedibusque nigris; epistomate antennisque subnitidis, harum articulo 3:tio rotundato, seta apicali hoc nonnihil longiore; alarum nervis infuscatis, stigmate obscuro. ♀. (Long. saltem 1 ½ lin.).

Hab in Scania media rarissime, scilicet ad Lindholmen in trunco Fagi sylvestris d. 16 Jul. 1856 a D. *Roth* detecta & in unico specimine lecta.

♀. Similis prioribus, sed præcipue differt: a *Pt. obscura*, cui proxima, halteribus pedibusque nigris, a *nigra* antennarum articulis basalibus breviter, nec longe, pilosulis, pedibus obscurioribus, nec fusco-testaceis, a *nigrina* antennarum articulis 2 primis non longe pilosis, ultimo rotundato,

(*) Quoque Cel. *Bigot* Classif. p. 71 putat hocce genus identicum esse cum *Spania* Meig. & Macq., deinde vero idem ut certe distinctum declaravit (Vide Annal. d. l. Soc. Ent. de France 1857. p. 523).

nec late ovali, epistomate haud hirsuto, & denique a *nitida* antennarum articulo ultimo rotundato, antecedente vix latiore, ut & seta apicali hujus articuli eodem paullo longiore — Caput subnudum, olivaceo-nigrum, parum nitidum, fascia supra antennas & epistomatis lateribus cinerascentibus. Frons lata. Oculi magni, rotundi. Antennarum articuli 2 basales breviter pilosuli, nigricantes, ultimus antecedente parum latior, compressus, breviter ovalis l. rotundatus, ater, nudus, seta crassiuscula, atra, articulo nonnihil longiore. Palpi subfiliformes, pilosuli, & proboscis magna, nigra. Thorax nigro-olivaceus, disco dorsali vittis 2 obscure cinereis; puberulus. Scutellum nigro-olivaceum. Alæ subhyalinæ, nervis fuscedine cinctis, vitta stigmaticali obscura. Area discoidalis nervos quidem 3 integros in marginem interiorem emittit, sed horum 2 superiores basi non discretos, sed mox infra aream confluentes, furcam breviter petiolatam formantes, ut in specimine femineo gottlandico *Ptiol. obscuræ* descriptos. Halteres fusci, clava nigra. Pedes simplices, toti nigri, nudi & inermes, femoribus subnitentibus.

5 Sp.

27—28. SPANIA Meig.

1. *Sp. nigra* Meig. Zett. XII. p. 4596. ♂♀.

1 Sp.

Fam. 8. ACROCERINÆ Zett.

28. ACROCERA Meig. (*)

1. *A. Globulus* Panz. Zett. I. p. 229. ♂♀, & XII. 4596. ♀.

♂ in Scan. ad Röddinge Jul. 1838. Prof. *Dahlbom*

(*) *Acrocera* est etiam nomen generis inter Hemiptera a D. *Spinola* fictum.

(Etiam in Finlandia raro occurrit, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. I. p. 229.

Var. c. ♂. I. p. 230.

2. *A. borealis* Zett. I. p. 230. ♂?.

2 Sp.

29. HENOPS Meig.

1. *H. gibbosus* Linn. Zett. I. p. 231. ♂♀, XI. 4267, & XII. 4596. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 512.

(Ad Uskela Finlandiæ rarius, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. I. p. 231.

2. *H. marginatus* Meig. Zett. I. p. 231. ♂♀, & VIII. 2992.

(In Finlandia minus frequens, Mus. *Bonsdorff*).

3. *H. nigripes* Zett. I. p. 232.

3 Sp.

30. SPHÆROGASTER Zett.

1. *Sph. arcticus* Zett. I. p. 233, XI. 4267, & XII. 4597.

1 Sp.

Fam. 9. HYBOTIDÆ Macq.

31. HYBOS Meig.

1. *H. funebris* Fabr. Zett. I. p. 234. ♂♀, VIII. 2993. ♂♀, XI. 4267, & XII. 4597.

Plura individua utriusque sexus in Scania ad Lindholmen Jul. & Aug. collegit *Roth*. Femora in ♀ crassiora quam in ♂. — Pedes toti nigri & alæ totæ fumatæ stigmate obscuriore speciem a reliquis præcipue distinguunt.

(Hæc species etiam in Finlandia, sed minus frequenter occurrit).

2. *H. infuscatus* Stæg. Zett. I. p. 234. ♂. ex parte, & VIII. 2993. ♂♀.

2—3. *H. rufitarsis* Zett. VIII. p. 2994. ♂.

3. *H. vitripennis* Meig. Zett. I. p. 234. ♂♀, VIII. 2994, XI. 4267. ♂♀, & XII. 4597.

(In parœcia Uskela Finlandiæ raro, Mus. *Bonsdorff*).

Alæ hyalinæ, apice plerumque leniter subfuscanæ, stigmate obscuro. Halteres albi.

4. *H. flavipes* Fabr. Zett. I. p. 235. ♂♀, & XII. 4597. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 485.

In Scania ad Illstorp d. 15 Aug. ♂ & ♀ non raro, indicante *Roth*. (Etiam e Finlandia specimina a Prof. *Bonsdorff* obtinui).

Magnitudinem corporis paullo minorem, alas magis hyalinas, nervos pallidiores, stigma vix ullum, nec non halteres albidiores attente observes, ut hanc speciem a subsimili *Hyb. fumipenni* distinguas.

5. *H. fumipennis* Meig. Zett. I. p. 235. ♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 486.

Ad Lindholmen Scaniæ specimina nonnulla d. 1—27 Aug. invenit *Roth*.

---

6 Sp.

32. OCYDROMIA Hoffmgg.

1. *O. glabricula* Fall. Zett. I. p. 236. ♂♀, & VIII. 2995. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 487.

Var. b. ♂. p. 237.

2. *O. scutellata* Meig. Zett. I. p. 237. ♂ (vix ♀), & VIII. 2995.

Var. b. ♀. I. p. 238.

Var. c. ♀. I. p. 238.

Var. d. ♀. I. p. 238. — (Ad Åbo Finl., Mus. *Bonsdorff*).

*Var. e. ♀. similis var. d., sed differt: magnitudine nonnihil minore, thoracis limbo laterali, scutello pleurisque flavis, nec rufo-ferrugineis, abdomine fere toto nigro, ventre solum pallido. An varietas *Ocydr. glabriculæ?* cum qua in Scania ad Lindholmen mense Julio 1856 a *Roth* semel capta.

3. *O. rufipes* Meig. Zett. I. p. 239. ♂♀, VIII. 2996, & XII. 4597. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 487.

(Circa Aboam Finland. ♂♀ freq., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. I. p. 239. (In Finlandia ad Aboam, Mus. *Bonsdorff*).

Var. c. ♀. I. p. 239.

4. *O. nigripes* Zett. I. p. 240. ♂, & VIII. 2996. ♀.

---

4 Sp.

33. LEPTOPEZA Macq.

1. *L. ruficollis* Meig. Zett. I. p. 241. ♀, & VIII. 2996.

Var. b. ♀. I. p. 241.

2. *L. flavipes* Meig. Zett. I. p. 242. ♂, VIII. 2997. ♂, XI. 4267. ♂., & XII. 4597.

Est verosimiliter ♂ *L. ruficollis.*

3. *L. tibialis* Zett. I. p. 242. ♀ (& ♂?), & VIII. 2997.

(Specimen unicum ad Eriksberg Finlandiæ captum, Mus. *Bonsdorff*).

4. *L. borealis* Zett. I. p. 243. ♀, & VIII. 2997. ♂♀

5. *L. flavimana* Zett. I. p. 244 ♂ (nec ♀), & VIII. 2997. ♂.

6. *L. nigripes* Zett. I. p. 244. ♂.

Var. b. ♂. p. I. p. 244.

6 Sp.

34. OEDALEA Meig.

1. *Oed. hybotina* Fall. Zett. I. p. 245. ♂♀, & XII. 4598.

2. *Oed. stigmatella* Zett. I. p. 246. ♂♀, VIII. 2998, & XII. 4598.

Fem. unica ad Tarna Lappon. Umensis Jul. 1856, *Holmgren*.

Var. b. ♂♀. I. p. 246.

3. *Oed. flavipes* Stæg. Zett. I. p. 247. ♂♀, & VIII. 2998. ♂.

3—4. *Oed. Holmgreni* Zett. XI. p. 4267. ♀.

4. *Oed. minuta* Fall. Zett. I. p. 247. ♂. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 488.

(Specimen masculum suecicis nostris simillimum etiam e Finlandia a Prof. *Bonsdorff* obtinui).

5. *O. pallipes* Zett. I. p. 248. ♀, VIII. 2998. ♀, & XII. 4598. ♀.

♀ ad pagum scanensem Illstorp d. 15 Aug. 1855 parcissime inventa a D. *Roth*.

*♂, hactenus non cognitus, ad pagum Gaskelougt Lappon. Umensis d. 25—28 Jun. 1856 a D. *Holmgren* rarissime deprehensus.

Mas similis feminæ præter differentiam sexualem. Halteres & pedes simplices toti pallide flavi. Alarum stigma fuscum in specimine a me viso sat perspicuo.

6 Sp.

35. ANTHALIA Zett. (*)

1. *A. Gyllenhali* Zett. I. p. 249. ♂♀, VIII. 2998, & XII. 4598.

2. *A. rostrata* Zett. I. p. 250. ♂♀, & VIII. 2998. ♀.

3. *A. albipennis* Zett. I. p. 250. ♂♀.

*3—4. *A. immatura* Zett. n. sp.: nigro-picea, nitida, capite nigro; halteribus pedibusque flavido-albis; alis albo-hyalinis; haustello capite paullo breviore. ♂. (Long. fere $\frac{3}{4}$ lin.).

Hab. ad Herrevadskloster Scaniæ interioris, ubi circa medium mensis Junii 1855 specimen descriptum masculum detexit, mihique obtulit D. *Roth.*

♂. *Anthal. albipenni* (n:o 3) proxima eique similis, sed differt: colore corporis brunnescente, pedibus pallidioribus, haustello capite paullo breviore, ut & loco natali. — Brunnea (an tantum in exemplo juniori?), nitida, capite cum partibus toto nigro. Antennæ longitudine circiter capitis transversi, articulo ultimo apice acuto, stylo apicali nullo. Haustellum capiti transverso subæque longum seu capite perpendiculari duplo brevius (in specimine exsiccato), crassum. Thorax glabriculus. Abdomen pilis paucis brevibus albis vestitum. Alæ albo-hyalinæ, a basi usque ad aream discoidalem albæ, stigmate obsoleto, fusco. Nervi tenues. Area discoidalis trapezina emittit nervos tres, quorum saltem duo superiores usque ad summum marginem interiorem extenduntur. Halteres albi, clava distincta. Pedes toti cum coxis albidi, subpellucidi, tenuiter pallide puberuli. Femora postica anterioribus nonnihil longiora, & in individuo mortuo compressa atque paullo incurva.

(*) Ob tarsorum pulvillos tantum duos hoc genus a D. *Bigot* Familiæ Empidiarum inseritur. Idem clar. Auctor deinde in Annal. d. l. Soc. Ent. de France 1857 p. 558 genus *Anthaliam* ab *Euthyneura* parum differre declaravit.

4. *A. nigra* Zett. I. p. 251. ♂♀.

5. *A. furcata* Zett. I. p. 252. ♀.

6. *A. Schönherri* Zett. I. p. 252. ♂♀.

7. *A. pallida* Zett. I. p. 253. ♂.

---

8 Sp.

36. MICROPHORA Zett. (MICROPHORUS Macq.)

1. *M. flavipes* Meig. (sub *Trichina*). Zett. I. p. 254. ♂♀, & VIII. 2999. ♂♀.

2. *M. clavipes* Meig. Zett. I. p. 254. ♂♀, & XII. 4599. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 488.

(In Finlandia ad Eriksberg rarius visa, Mus. *Bonsdorff*).

3. *M. fuscipes* Zett. I. p. 256. ♀, VIII. 2999. ♂♀. & XI. 4268. ♂♀.

Ad Gransele Lappon. Umens. d. 12—13 Jun. 1856. ♀ rarissime, *Holmgren*.

Obs. Alarum area discoidalis tres nervulos ad marginem alæ emittit, quorum duo superiores ad angulum areæ exteriorem paullo appropinquantes, non vero "coëuntes" ut in Insectis lapponicis dicitur.

3—4. *M. velutina* Macq. Zett. XII. p. 4599. ♂♀.

4. *M. pusilla* Meig. Zett. I. p. 256. ♀, VIII. 2999. ♂♀, & XII. 4600. — *Microphorus crassipes* Gray, Brit. Mus. ♂.

(5. *M. tarsella* Zett. I. p. 257 deleatur, nam est tantum ♂ *Microph. pusillæ*).

---

5 Sp.

37. **HORMOPEZA** Zett. Bigot Classif. in Annal. de la Soc. Ent. de Fr. 1857. p. 562 (inter *Hilaram* & *Brachystomam*).

1. *H. obliterata* Zett. I. p. 257. ♂, & VIII. 3000. ♂♀.

1 Sp.

38. ITEAPHILA Zett. Bigot. (*)

1. *I. Macquarti* Zett. I. p. 258 ♂♀, VIII. 3001, & XI. 4269.

(In Finlandia ad Kittilä d. 6 – 10 Jun 1856 ambo sexus freq., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. I. p. 259.

2. *I. nitidula* Zett I. p. 260. ♀.

In Lappon. Umens. ad Lycksele ♀ d. 8—11 Jun. 1856 rarissime inventa, *Holmgren.*

♀ parum ultra 1 lin. longa.

2 Sp.

Fam. 10. TACHYDROMIDES Wied.

39. HEMERODROMIA Hffmgg.

1. *H. Frigelii* Zett. I. p. 261. ♂♀, & VIII. 3001.

Ambo sexus in Lappon. Umensi ad Tärna & in alpibus circumjacentibus mense Julio 1856 freq, *Holmgren.*

(*) qui huic generi inter suas Hybotidas juxta *Euthyneuram* & *Oedaleam* locum destinavit. Vide Annal. d. l. Soc. Ent. de Fr. 1857. p. 559.

Hæc species appropinquare videtur *Heliodromiæ immaculatæ* Halid. Macq. & Meig., quæ secund. *Gray* in Brit. Mus. 3. p. 503. ex Alten Finmarkiæ communicata fuerit.

2. *H. oratoria* Fall. I. p. 262. ♂♀.

(In Finlandia ad Eriksberg vulgaris, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. I. p. 262.

3. *H. unilineata* Zett. I. p. 263. ♂?

4. *H. raptoria* Meig. Zett. I p. 264. ♀, & VIII. 3001. ♂♀.

Ad Rössjöholm Scaniæ mense Jun. 1857 utrumque sexum parce legit D. *Thomson*. (In Finland. ad Helsingfors *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*).

♂ ano crasso dupliciter forcipato atro, ♀ ano simplici nigro.

5. *H. trapezina* Zett. I. p. 264. ♂♀.

Var. b. ♂♀. I. p. 265.

6. *H. flavella* Zett. I. p. 265. ♂♀.

(In Finlandia initio Aug. 1856 marem raro deprehendit Prof. *E. J. Bonsdorff*).

7. *H. precatoria* *) Fall. Zett. I. p. 266. ♂♀, & VIII. 3001. ♂. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 505.

Var. b. ♂♀. I. p. 267.

8. *H. monostigma* Meig. Zett. I. p. 267. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 504.

Ad Kjeflinge Scaniæ campestris specimina plura utriusque sexus d. 9 Sept. 1855 deprehendit *Roth*. (In Finland. [S:t. Michel] legit Prof. *Bonsdorff* feminam).

Var. b. ♂. I. p. 268.

(*) minime *præcatoria*.

40. PHYLLODROMIA Zett. Bigot Classific. Dipt.

1. *Ph. melanocephala* Fabr. Zett. I. p. 269. ♂♀, & VIII. 3002. — *Hemerodromia* eadem Halid. Gray. Brit. Mus. 3. p 505.

(In Finlandia quoque non raro obvia, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. I. p. 269, & VIII. 3002.

2. *Ph. vocatoria* Fall. Zett. I. p. 270. ♂♀

3. *Ph. albiseta* Zett. I. p. 271. ♂♀.

---

3 Sp.

41. TACHYDROMIA Meig.

Sect. 1. Antennæ capite breviores. Palpi sæpissime pallide flavi l. albidi.

A. Pedes plerumque toti flavicantes.

*. Thorax cinerascens l. cinereo-pruinosus. Palpi haustello nigro sæpe triplo & magis breviores.
sp. 1—18.

**. Thorax sæpissime niger, nitidus.
sp. 19—25.

***. Thorax pallidus l. flavo-rufus
spec. 26—29.

B. Pedes maxima ex parte nigri l. obscuri.
spec. 30—38.

Sect 2. Antennæ capite longiores. Palpi halteresque albi.
spec. 39—47.

Species dubia
spec. 48.

1. *T. flavipes* Fabr. Zett. I. p. 273. ♂♀, VIII.

3004. — *Platypalpus flavipes* Gray, Brit. Mus. 3. p. 508, ubi plura synonyma referuntur.

(Etiam in Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. I. p. 273, & VIII. 3004.

Var. c. ♀. I. p. 273, & VIII. 3004.

Var. d. ♂. XII. p. 4600.

2. *T. maculipes* Meig. Zett. I. p. 274. ♂♀, & XII. 4600. — *Platypalpus* idem Gray, Brit. Mus. 3. p. 508.

Var. b. ♂♀. I. p. 274.

Var. c. ♂♀. I. p. 274.

3. *T. notata* Meig. Zett. I. p. 275. ♀, VIII. 3004. ♂♀, & XII. 4601.

In Scania: ad Lund, Kjeflinge & Illstorp mensib. Jul. & Aug. a D. *Roth* passim capta; feminæ usque ad 9 Sept. vigentes observatæ.

♀. Abdomen atrum, nitidum, parcissime præsertim ad latera cinereo-pilosum, oviductu cinereo, apice nigro. Pleuræ schistaceæ. Alæ hyalinæ, basi pallidæ, nervis pone medium distinctis, 3 & 4 longitudinalibus paullo flexis. Pedes flavo-lutei, coxis anticis basi, posterioribus ultra medium nigris. Femora antica immaculata; intermedia crassissima, annulo pone medium lato nigro; postica annulo versus apicem angustiori nigro. Tibiæ omnes apice nigræ. Tarsorum articuli 3 primi apice, 2 ultimi toti, nigri. Variat 1—1 $\frac{1}{3}$ lin. longa.

♂. Similis feminæ descriptæ, sed differt: ano obtuso, toto nigro, femoribusque etiam anticis annulo medio plus minus lato nigro.

*Var. b. ♂. pedum intermediorum femoribus totis, basi excepta, & tibiis basi nigris.

Ad Lund Scaniæ d. 14—28 Aug. 1855 rarius lecta, *Roth.*

4. *T. agilis* Meig. Zett. I. p. 275. ♂♀, VIII 3004, & XII. 4601.

Ad Lindholmen Scaniæ nonnullæ feminæ mense Junio 1856 captæ; ad Lund quoque feminæ d. 2—14 Jun. deprehensæ, Mus. Acad. Lundense.

4—5. *T. strigifrons* Stæg. Zett. VIII. p. 3005. ♂♀.

5. *T. bicolor* Fabr. Zett. I. p. 276. ♂♀, & XII. 4601. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 509.

(In Finlandia feminæ plures initio Aug. 1856 lectæ, Mus. *Bonsdorff*).

6. *T. pallidiventris* Meig. Zett. I. p. 277. ♂♀, & XII. 4601.

In Scania ad Lund &c. mense Julio freq., in copula capta. (In Finlandia non raro).

Palpi ut in *T. bicolore* (5) distincti, flavi. Epistoma canum. Abdomen in ♂ interdum fere totum nigrum, ventre parum pallescente.

7. *T. longiseta* Zett. I. p. 278. ♂♀.

E specie hac, tantum ut Gottlandiæ incola hactenus cognita, jam quoque in Scania ad Illstorp d. 18 Jul 1855 duo individua in copula juncta ab oculatissimo *Roth* deprehensa, & feminam in graminosis horti proprii Lundæ d. 16 Jul. 1856 ipse legi.

Antennas præsertim in ♂ valde graciles attente inspiceas ut hanc a *T. bicolore* n:o 5 distinguas.

8. *T. flavicornis* Meig. Zett. I. p. 278. ♂♀, VIII. 3005, & XII. 4601. ♂.

♂ & ♀ in fol. Pastinacæ sativæ Lundæ in horto proprio d. 15—16 Jul. 1856 raro. (♂ ad Åbo Finland. semel, Mus. *Bonsdorff*).

Abdomen in uno specimine capto totum nigrum, incisuris non cinerascentibus (detrito!).

Variat ♂ pedum posticorum geniculis summis nigris vel saltem puncto nigro notatis.

9. *T. albicornis* Stæg. Zett. I. p. 279. ♂♀, & XII. 4601. ♂.

Lundæ in foliis fruticum horti mei d. 18 Jul. 1856 marem parcissime deprehendi.

10. *T. cursitans* Fabr. Zett. I. p. 280. ♀, & XII. 4601. — *Platypalpus* idem Gray, Brit. Mus. 3. p. 509.

Var. b. ♀. I. p. 280, & VIII. 3095.

In Scania ad Lindholmen d. 5 Jul. 1856 unicam feminam legit *Roth.*

11. *T. coxata* Stæg. Zett. I. p 281. ♂, & VIII. 3006. ♂♀.

12. *T. calceata* Meig. Zett. I. p. 282. ♂♀, & VIII. 3006. ♀. — *Platypalpus* idem Gray, Brit. Mus. 3. p. 510.

Palpi minuti certo situ obscuri videntur. Halteres albidi.

13. *T. cothurnata* Meig. Zett. I. p. 283. ♂♀.

In foliis Quercus ad Söfdeborg Scaniæ d. 21—23 Jul. 1858 ♂♀ raro, *Roth.*

14. *T. ecalceata* Zett. I. p. 283. ♂.

15. *T. articulata* Meig. Zett. I. p. 284. ♀, & XII. 4601.

Mares antea a me non visos, Lundæ in horti proprii graminosis d. 5 - 19 Jul. 1856 sat freq. legi; feminas ad Lindholmen eodem tempore observavit *Roth*; ambo sexus quoque in foliis Sambuci ad Illstorp d. 25 Jul. 1858 non parce.

♂♀. *Femina:* Antennæ minutæ, articulis 1 & 2 flavis, ultimo nigro, seta longitudine antennæ, nigra. Palpi minuti, obscuri videntur. Haustellum breve. Abdomen totum atrum nitidum. Oviductus exsertus niger. Pedes luteo-flavi, coxis posticis fuscis. Tarsi omnes articulis apice nigro-fuscis. Femora intermedia anticis nonnihil crassiora. Alarum nervi longitudinales 3 & 4 paralleli. De cetero ut in Dipt. Scand. I. l. c.

Mas: similis feminæ, sed thorace paullo obscuriore, ano rotundato atro, nec non alarum nervis minus pallidis (hinc *Tachydr. dichroæ* Meig. Dipt. 3. 83. 36 accedit) saltem in individuis vivis, differt.

*Var. b. ♀, simillima var. a. & dignoscitur tantum puncto atro in geniculis pedum posteriorum, ut & tarsorum omnium articulo 1:mo apice reliquisque fere totis nigris, ita ut tarsi obscuri, nec distincte nigro-annulati videantur. Forte propria species.

In foliis Pastinacæ sativæ Lundæ in horto meo d. 16 Jul. 1856 semel capta.

Obs *Tachydr. bicolor* (5) differt ab *articulata*, cui sat similis, magnitudine semper majore, colore thoracis magis flavido-cinereo, palpis majoribus flavis, ut & alarum nervis pallidioribus, horum longitudinalibus 3 & 4 non omnino parallelis.

16. *T. maculimana* Zett. I. p. 284. ♂.

17. *T. candicans* Fall. Zett. I. p. 285. ♂♀, VIII. 3006. ♀, & XII. 4602. — *Platypalpus* idem Gray, Brit. Mus. 3. p. 509.

Duo individua feminea, alterum in Scania, alterum in Blekingia captum, solito duplo minora in Mus. Acad. Lund. asservantur. (In Finland. hæc species freq., *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. I. p. 285, & VIII. 3006.

Var. c. ♀. I. p. 285, & VIII. 3006.

18. *T. major* Zett I. p. 287. ♀, VIII. 3006. ♀, & XII. 4602. ♀.

Ad Östra Karup Hallandiæ d. 14 Jun. 1858 feminas nonnullas in foliis Alni legit *Roth.*

19. *T. flavipalpis* Meig. Zett. I. p. 288. ♂♀, VIII. 3006. ♀, & XII. 4602.

In Scania ad Lindholmen uterque sexus d. 6 Jun.—14 Jul. 1856 deprehensus.

Halterum clava albissima.

Var. b. ♀. I. p. 288.

20. *T. Macula* Zett. I. p. 289. ♂♀, & VIII. 3006.

Ad Lindholmen Scan. d. 14 Jul. 1856 unica ♀ capta, *Roth.*

21. *T. ciliaris* Fall. Zett. I. p. 289. ♂♀, & VIII 3006. ♀.

In Scan. ad Lindholmen feminæ nonnullæ d. 14 Jul. 1856 inventæ.

Var. b. ♂♀. I. p. 290.

*21—22. *T. fuscitarsis* Zett. n. sp.: atra, nitida, antennarum basi pedibusque flavis, femorum posticorum apice tarsisque omnibus fuscis; antennis conicis, nigris; alis hyalinis, basi anguste pallidis; haustello longitudine dimidii capitis; femoribus omnibus subsimplicibus. ♂♀. (Long. vix 1 lin.).

Hab. in Suecia meridionali minus frequens, d. 28 Maj.—14 Jun. 1858 in Scania ad Fogelsång & ad Ringsjön, atque in Hallandia ad Östra Karup a D. *Roth* in utroque sexu capta.

♂♀. Similis *T. ciliari* (21), sed paullo minor, antennis nonnihil longioribus, basi flavis, thorace toto atro, pedibus sim-

pliciorihus, subnudis, femorum posticorum apice tarsisque omnibus & totis fuscis &c. distincta. — Oculi contigui. Antennæ longitudine capitis, anguste conicæ, fere subulatæ, seta mediocri. Thorax totus, etiam pleuris, niger, nitidus. Abdomen in ♂ nigricans, ano obtuso, subelevato, in ♀ fuscum l. lividum, ventre pallescente, ano acuminato. Alæ in utroque sexu hyalinæ, ima basi pallidæ, nervis ut in *T. ciliari* directis, sed nervo axillari (ad marginem interiorem) paullulum breviori, apice suo transversis opposito. Halteres pallide flavi. Pedes pallide flavi, femorum posticorum annulo apicali tarsisque omnibus obscuris. Femora haud incrassata, æqualia, nuda, nec intermedia subtus ciliata. — Cum *T. nigritarsi* (48) femoribus intermediis crassis, &c. diversa, non commiscenda.

22. *T. unguiculata* Zett. I. p. 291. ♂♀.

Ex hac tantum ut Scandinav. septentrionalis incola hactenus cognita specie varia specimina utriusque sexus in graminosis ad Söfdeborg Scaniæ meridionalis d. 23 Jul. 1857 invenit *Roth.*

23. *T. fuscicornis* Zett. I. p. 291. ♂ (nec ♀), & VIII. 3006. ♂♀.

24. *T. fuscimana* Zett. I. p. 292. ♀.

25. *T. brevicornis* Zett. I. p. 293. ♀.

26. *T. lutea* Fall. Zett. I. p. 294. ♂♀, VIII. 3007. — *Platypalpus luteus* Gray, Brit. Mus. 3. p. 510.

(Ad Uskela Finland. rar., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. I. p. 294.

27. *T. glabra* Meig. Zett. I. p. 295. ♂♀, & VIII. 3007.

28. *T. pectoralis* Fall. Zett. I. p. 295. ♂♀. — *Platypalpus pectoralis* Gray, Brit. Mus. 3. p. 510.

29. *T. straminipes* Meig. Zett. I. p. 296. ♂♀.

30. *T. nigra* Fall. Zett. I. p. 297. ♂♀, & XII. 4602. ♂♀.

Sub foliis deciduis ad Räften Scaniæ ♂ jam d. 21 April. 1858 captus.

31. *T. picipes* Zett. I. p. 298. ♂♀.

32. *T. nigritella* Zett. I. p. 298. ♂♀.

33. *T. moriella* Zett. I. p. 299. ♂♀.

34. *T. femoralis* Zett. I. p. 299. ♂♀, & XII. 4602.

35. *T. sordida* Zett. I. p. 300. ♂♀, & VIII. 3007.

35—36. *T. atra* Wahlb. Zett. VIII. p. 3007. ♂♀.

35—36. *T. aeneicollis* Bohem. Zett. VIII. p. 3008. ♀.

*35—36. *T. parvicornis* Zett. n. sp.: atra, nitida, antennis parvis pedibusque concoloribus, geniculis summis luteis; femoribus omnibus subæque crassis; halteribus nigris; alis hyalinis, nervis distinctis, nigris, longitudinalibus: 2:do brevi, apice parum incurvo, 3 & 4 lenissime subflexuosis, 5:to subintegro; transversis: in lineam obliquam subapproximatis. ♂♀. (Long. vix 1 lin.).

Hab. in Scania boreali sylvestri, ubi ad Ljungby & Gualöf d. 4 April.—5 Jun. 1855, a D. *Gadamer* detecta mecumque in nonnullis exemplis communicata; etiam in Scania meridionaliori ut ad Räften mense Junio ejusdem anni a D. *Roth* parce deprehensa.

♂♀. Similis *T. æneicolli* (n:o 35—36), post quam etiam locum tenebit, sed pectore nigro, nec cano, halteribus nigris, nec albis, ut & femoribus subæque crassis, nec intermediis crassissimis, distinguitur; a *T. nigra* (30), cui quoque accedit, halteribus nigris, nec albis, antennis brevibus, nec subelongatis, alarum nervis transversis in lineam obliquam subapproximatis, nec subperpendicularibus remotiusculis, mox dignota. — Atra, nitida, thorace parce puberulo, pube brevi cinerea, alio situ nigra. Antennæ capite transverso multo

breviores, articulo ultimo parvo subrotundato, totæ nigræ, seta apicali antenna triplo longiore, articulo 2:do setula tenui antenna nonnihil breviore subtus munito. Oculi supra antennas fere cohærentes. Epistoma angustissimum. Proboscis capite fere dimidio brevior, nigra. Palpi, ni fallor, etiam nigri. Alæ hyalinæ, nervis ut in *T. atra* (35—36) & *æneicolli* directis; nervus longitudinalis 5:tus fere usque in marginem interiorem continuatus. Halteres nigri. Pedes nigri, geniculis summis rufescentibus. Femora subæqualiter crassa vel antica intermediis paullo tantum crassiora, postica nonnihil incurva. Metatarsi antici ima basi interdum rufescunt.

36. *T. curvinervis* Zett. I. p. 301. ♂♀.

37. *T. annulata* Fall. Zett. I. p. 301. ♂♀, VIII. 3009, & XII. 4602. ♂♀.

(In Finlandia ad Åbo ♀ capta, Mus. *Bonsdorff*).

38. *T. minuta* Meig. Zett. I. p. 303. ♂♀, VIII. 3009, & XII. 4602.

Ad Lindholmen Scaniæ d. 5—11 Jul. 1856. ♂♀. (In Finlandia non rar., Mus. *Bonsdorff*).

39. *T. pubicornis* Zett. I. p. 304. ♂♀, & XII. 4602.

Var. b. ♀. I. p. 304.

Ex hac varietate individua mascula & feminea in copula juncta ad pagum Klinta prope Ringsjön Scaniæ d. 27 Jun.—2 Jul. 1855 invenit *Roth.*

40. *T. pallipes* Fall. Zett. I. p. 305. ♂♀, VIII. 3009, & XI. 4269. ♂.

41. *T. stigmatella* Zett. I. p. 306. ♂♀, & VIII. 3010.

(In Lappon. Kusamo, rar., *Mäklin*, Mus. *Bonsdorff*).

42. *T. confinis* Zett. I. p. 307. ♀, & VIII. 3010.

43. *T. nigritarsis* Fall. Zett. I. p. 307. ♂♀, & VIII. 3010. — *Platypalp. nigritarsis* Gray, Brit. Mus. 3. p. 507.

Etiam ad Alten Finmarkiæ, teste *Gray* l. c. (Ad Eriksberg Finland. rar., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. I. p. 307.

44. *T. dissimilis* Fall. Zett. I. p. 308. ♂♀. — *Platypalpus dissimilis* Gray, Brit. Mus. 3. p. 509.

Var. b. ♂♀. I. p. 308, & VIII. 3010. ♂.

45. *T. albo-capillata* Fall. Zett. I. p. 309. ♂♀, VIII. 3010. ♂, & XII. 4603.

(In Finland. ad Helsingfors rar., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. I. p. 309.

46. *T. albiseta* Panz. Zett. I. p. 310. ♂♀.

47. *T. niveiseta* Zett. I. p. 311. ♂.?

Species dubia:

*48. *T. comptus* Walk. Ent. Mag. 6. 228. Gray, Brit. Mus. 3. p. 508. var. b. *Platypalp. comptus.*

Ad Alten Finmarkiæ secundum *Gray* l. c., mihi plane ignota.

---

53 Sp.

42. TACHYPEZA Meig.

*). Halteres albi l. pallidi. Palpi sæpissime argentei l. flavi.
spec. 1—10.

**). Halteres palpique obscuri.
spec. 11—13.

1. *T. arrogans* Linn. Zett. I. p. 312. ♂♀. — *Tachydromia cimicoides* Gray, Brit. Mus. 3. p. 506.

(Etiam in Finland., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. I. p. 312.

Var. c. ♂♀. I. p. 313, & VIII. 3011.

2. *T. albitarsis* Stæg. Zett. I. p. 313. ♂♀, VIII. 3011. ♂♀, & XII. 4603. ♂♀.

(Finlandia rar., Mus. *Bonsdorff*).

3. *T. morio* Zett. I. p. 314. ♂♀.

4. *T. fuscipennis* Fall. Zett. I. p. 315. ♂♀, VIII. 3011, & XII. 4603. — *Tachydromia fuscipennis* Gray, Brit. Mus. 3. p. 506.

(E Finlandia quoque a Prof. *Bonsdorff* communicata).

5. *T. Truncorum* Fall. Zett. I. p. 316. ♂♀, & XII. 4603.

In truncis arborum Scaniæ ut ad Råby, Illstorp, Söfdeborg &c. Jul. 1857 ♂♀ freq.

(In Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

6. *T. nervosa* Meig.? Zett. I. p. 317. ♂♀, VIII. 3011, & XII. 4603. ♂.

(In Finland. vulgaris, Prof. *Bonsdorff*).

7. *T. fenestrata* Stæg. Zett. I. p. 318. ♀.

8. *T. Heeri* Zett. I. p. 318. ♂♀.

9. *T. terricola* Zett. I. p. 320. ♂♀, & VIII. 3011.

In Scania: feminas plures ad Råby & Illstorp d. 5—10 Jul. 1855 legit *Roth.*

9—10. *T. atriceps* Bohem. Zett. XII. p. 4603. ♀.

10. *T. Graminum* Fall. Zett. I. p. 320. ♂♀, VIII. 3011. ♂♀, & XII. 4604. — *Tachydromia* eadem Gray, Brit. Mus. 3. p. 507.

(In Finlandia, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. I. p. 320.

Var. c. ♂♀. I. p. 321.

11. *T. Winthemi* Zett. I. p. 321. ♂♀, & VIII. 3011. (In Finland. rar., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. I. p. 321.

Var. c. ♂♀. I. p. 321.

12. *T. cursitans* Zett. I. p. 322. ♂♀, & XII. 4604.

Var. b. ♀. I. p. 322.

13. *T. brevipennis* Zett. I. p. 323. ♂♀. — An *Tachydromia arenaria* Halid. Walk. & Gray, Brit. Mus. 3. p. 507?

---

14 Sp.

43. ARDOPTERA Macq.

1. *A. irrorata* Fall. Zett. I. p. 324. ♂♀, VIII. 3012. ♂, XI. 4269. ♂♀, & XII. 4604. — Gray, Brit. Mus. p. 504.

♂ ad Lindholmen Scan. d. 27 Jun. 1856 parce, *Roth.*

2. *A. nivalis* Zett. I. p. 325. ♀.

---

2 Sp.

44. ELAPHROPEZA Macq.

1. *E. ephippiata* Fall. Zett. I. p. 326. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 505.

In Scania ad Lindholmen d. 5—14 Jul. 1856, ♂♀, *Roth.*

---

1 Sp.

45. DRAPETIS Meig.

1. *D. minima* Meig. Zett. I. p. 327. ♂♀.

2. *D. exilis* Meig. Zett. I. p. 328. ♂, & VIII. 3012. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 511.

*3. *D. nigripes* Zett. n. sp.: atra, halteribus pedibusque concoloribus, horum tibiis anticis fuscis; alis hyalinis, nervis transversis modice remotis. ♂. (Long. vix $\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Scania media rarissime: scilicet marem unicum ad Lindholmen in folio herbæ loco umbroso d. 14 Jul. 1856 detexit *Roth*.

♂. Similis *Dr. minimæ* (n:o 1), sed fere adhuc paullo minor & pedum colore nervorumque transversorum situ ab illa imprimis distincta. — Atra, nitida, breviter puberula. Caput cum antennis, epistomate, palpis & haustello ut in *Drap. minima*. Alæ hyalinæ, nervis fuscis, longitudinalibus ut in *minima* directis, sed duobus transversis paullo magis ad basin alæ retractis & subapproximatis, saltem non tam late remotis ac in *minima*. Halteres nigri. Pedes cum coxis nigri, tibiis præsertim anticis obscure fuscis. Tarsi quoque obscure brunnescentes. Femora omnia æqualia subsimplicia.

3 Sp.

46. CYRTOMA Meig.

1. *C. spuria* Fall. Zett. I. p. 329. ♂♀, VIII. 3013. ♂♀, & XII. 4604. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 489.
(In Finlandia quoque copiose, Mus. *Bonsdorff*).

Obs. In Tom. XII. p. 4604. lin. 3 ab infra stat Cyrtoam, lege: Cyrtoma.

2. *C. nigra* Meig. Zett. I. p. 330. ♂♀, & XII. 4605. ♂. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 489.

Feminæ nonnullæ in foliis Fagi ad Lindholmen Scaniæ jam d. 5—10 Jun. deprehensæ.

Obs. In altero individuo pedes toti nigri, nec fusci sunt.

3. *C. sulcata* Stæg. Zett. I. p. 331. ♂♀.

(Unicum exemplar masculum, in Finland. captum, a Prof. *Bonsdorff* obtinui).

4. *C. simplicipes* Stæg. Zett. I. p. 331. ♂♀, & VIII. 3013. ♀.

(Quoque e Finlandia [Kusamo] marem hujus speciei communicavit Prof. *Bonsdorff*).

4 Sp.

47. PLATYCNEMA Zett. Bigot. Classific. (*)

1. *P. pulicaria* Fall. Zett. I. p. 332. ♂♀, & XI. 4269.

Var. b. ♀. pedibus flavis I. p. 333 (in descriptione).

2. *T. tibiella* Zett. I. p. 333. ♀.

2 Sp.

48. MICROSANIA Zett.

1. *M. stigmaticalis* Zett. I. p. 334. ♂♀, VIII. 3013. ♂, & XII. 4605. ♂.

(Tria specimina mascula ex Eriksberg Finland. 1856 transmisit Prof. *Bonsdorff*).

Alarum costa a basi ad medium oculo armato brevissime subciliata videtur. Pedes variant plus minus dilute fusci. Tarsi postici perspicue incrassati. Reliqua ut in Dipt. Scand. l. l. c. c.

(*) Vix identica cum genere *Microsania*, ut autumat D. *Bigot*. Annal. d. l. Societ. Ent. de Fr. 1857. p. 558.

2. *M. pectinipennis* Meig. Zett. I. p. 335. ♀, & XII. 4605.

---

2 Sp.

Fam. 11. EMPIDIÆ Fall.

49. HILARA Meig.

*). Metatarsi antici in mare incrassati. sp. 1—30.

**). Metatarsi antici in mare simplices. sp. 31—32.

1. *H. lurida* Fall. Zett. I. p. 336. ♂♀, VIII. 3014, & XII. 4605.

Ad Bökestad Scan. d. 21 Jun. 1858. ♀, raro, *Roth.* (Etiam in Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

2. *H. gallica* Fall. Zett. I. p. 336. ♂♀, & XII. 4605 ♂♀.

2—3. *H. canescens* Zett. VIII. p. 3014. ♀, & XI. 4269. ♀.

In Scania boreali ad villam Bökestad d. 21 Jun. 1858 feminam unicam invenit *Roth.*

*2—3. *H. obscuritarsis* Zett. n. sp.: pilosula, opaca, cinerea, thorace antice obsolete fusco-bivittato; alis cinereo-hyalinis, linea stigmaticali nigricante, halteribus flavis; pedibus sordide flavis, femoribus superne fuscescentibus, tibiis pubescentibus apice tarsisque nigricantibus; *maris* metatarso antico (in mortuo) compresso, oblongo-ovali, ano reflexo. ♂. (Long. $2\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in Lapponiæ Umensis alpibus forte rarissime, nam tantum unicum exemplum ad Tärna mense Julio 1856 captum mecum communicavit D. *Holmgren.*

*. *Hil. canescenti* (2-3) proxima & similis, sed magnitudine duplo majore, alis cinereo-hyalinis, nec albo-hyalinis, pedibus paullo fuscioribus &c. dignoscitur. Similis quoque *H fuscipedi* (4), magnitudine vero nonnihil majore, thoracis lineolis fuscis obsoletioribus, halteribus flavis, nec albidis, &c. distincta. — Nigro-pilosula. Caput cinereum. Antennæ nigræ, articulo 1:mo fusco. Haustellum capite paullo brevius, crassum, nigrum. Thorax breviter pilosulus, cinereus, dorso lineolis 2 remotis obscuris vix nisi antice conspiciendis. Scutellum concolor. Abdomen obscure fuscum, parce pilosum, cauda distincte reflexa, atra, nitida, valvulis lateralibus cinereo-nigris, opacis, pubescentibus l. breviter pilosulis, sed non spinulosis l. setulosis; sordide flavis. Coxæ omnes flavæ. Femora superne a medio ad apicem, tibiæque versus apicem indeterminate fusca. Tarsi omnes nigricantes. Metatarsi antici (in specimine exsiccato) compressi, oblongo-ovales, subnudi

3. *H. abdominalis* Zett. I. p. 337. ♂♀.
(In Finlandia semel, Prof. *Bonsdorff*).

4. *H. fuscipes* Fabr. Zett. I. p. 338. ♂♀, VIII. 3015. ♂, & XII. 4605. ♂. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 491

In Scania etiam ad Lund mense Julio ♂ captus, Mus. Lund. (In Finland. raro, Mus. *Bonsdorff*.)

5. *H. 4-vittata* Meig. Zett. I. p. 339. ♂♀, VIII. 3015. ♂♀, & XII. 4605.

Ad Ringsjön Scaniæ d. 24 Jun. ♂, Mus. Lund. (Ad Eriksberg &c. Finland. ♂♀, Mus. *Bonsdorff*).

6. *H. bistriata* Stæg. Zett. I. p. 340. ♂, & VIII. 3015. ♂.

Ex hac rara specie tria individua mascula, in Lindholmen Scaniæ d 27 Jun. 21 Jul. 1856 inventa, mihi reportavit D. *Roth*, & tria alia ejusdem sexus in Fo-

gelsång prope Lund d. 5 Maj 1858 in graminosis capta obtinui.

7. *H. maura* Fabr. Zett. I. p. 341. ♂♀, VIII. 3015. ♂♀, & XII. 4605. — Gray. Brit. Mus. 3. p. 490

8. *H. lugubris* Zett. I. p. 341. ♂♀, & VIII. 316. ♂♀.

9. *H. pilosa* Zett. I. p. 342. ♂♀.

(In Finland. non freq. observata).

10. *H. interstincta* Fall. Zett. I. p. 343. ♂♀, VIII. 3016, & XII. 4605.

Mares nonnullos in alpibus ad Tärna legit *Holmgren*. (Mares & feminas plures e Finland. communicavit Prof. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. I. p. 343, & VIII. 3016. ♂.

11. *H. spinimana* Zett. I. p. 344. ♂♀, VIII. 3016, & XI. 4270. ♂.

12. *H. infans* Zett. I. p. 346. ♂♀, & VIII. 3016.

13. *H. pilipes* Zett. I. p. 346. ♂♀, VIII. 3016, & XII. 4606. ♂.

In foliis fruticum ad Illstorp Scan. d. 4—10 Jul. 1858 ♂♀ parce, *Roth.*

14. *H. æthiops* Zett. I. p. 347. ♂.

15. *H. hirtula* Zett. I. p. 348. ♂.

16. *H. manicata* Meig. Zett. I. p. 348. ♂♀, & VIII. 3016. ♂.

17. *H. squalens* Zett. I. p. 349. ♀, & XII. 4606. ♂.

18. *H. tenuinervis* Zett. I. p. 349. ♂.

19. *H. griseola* Zett. I. p. 350. ♂♀, & VIII. 3017. ♂♀.

(Ad Helsingfors & Patsjoki Finland., Mus. *Bonsdorff*).

20. *H. nigritarsis* Zett. I. p. 351. ♂♀.

Ad Söfdeborg Scan. d. 23 Jul. 1858, mas semel, *Roth.*

20—21. *H. cingulata* Dahlb. Zett. XI. p. 4270. ♀.

21. *H. litorea* Fall. Zett. I. p. 351. ♂♀, VIII. 3017. ♂♀, & XI. 4270. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 490.

Var. b. ♂♀. I. p. 352, & VIII. 3017.

Var. c. ♂♀. VIII. p. 3017.

22. *H. niveipennis* Zett. I. p. 352. ♂♀, VIII. 3017. ♀, & XII. 4606.

Var. b. ♀. I. p. 352.

Var. c. ♀. I. p. 353, & VIII. 3017. ♂.

23. *H. tenella* Fall. Zett. I. p. 353. ♂♀, & XII. 4606.

Var. b. ♀. I. p. 354.

24. *H. nigrina* Fall. Zett. I. p. 354. ♂♀, VIII. 3017. ♀, & XI. 4270.

25. *H. nitidula* Zett. I. p. 355. ♂♀, VIII. 3017. ♂♀, & XII. 4606.

Ad Stensele Lappon. Umens. circa medium Aug. 1856 feminam rarius observavit *Holmgren.* ♂ unicum ad villam Bökestad prope lacum Raslängen Scaniæ d. 21 Jun. 1858, *Roth* invenit. (In Finland. ad Eriksberg unicum marem legit Prof. *Bonsdorff*).

Alæ in utroque sexu hyalinæ seu vitreæ, vitta stigmaticali distincta nigra.

25—26. *H. Pinetorum* Leon Dufour. Zett. VIII. p. 3017. ♂♀, & XII. 4606. ♀.

26. *H. femorella* Zett. I. p. 355 ♂♀, & VIII. p. 3018. ♂.

27. *H. clypeata* Meig. Zett. I. p. 355. ♂♀.

28. *H. chorica* Fall. Zett. I. p. 357. ♂♀, & VIII. 3018 ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 490.

(Ad Eriksberg in parœcia Uskela Finland., &c. copiose, Mus. *Bonsdorff*).

29. *H. brevivittata* Meig. Zett. I. p. 357 ♂♀, & VIII. 3018. ♀.

Feminam unicam ad Tärna Lappon. Umens. mense Jul. 1856 captam misit *Holmgren*.

30. *H. longivittata* Zett. I. p. 358. ♂♀.

31. *H. minuta* Zett. I. p. 359. ♂♀, VIII. 3018. ♂♀, & XII. 4607.

Var. b. ♂. VIII. p. 3018.

32. *H. obscura* Meig.? Zett. VIII. p. 3018. ♂.

33. *H. gracilipes* Bohem. Zett. XII. p. 4607. ♂♀.

*34. *H. carbonella* Zett. n. sp.: subpilosula, opaca, atra, halteribus concoloribus; alis cinereo-hyalinis, stigmate fusco, area discoidali obovato-oblonga, apice exteriori subtruncata; pedibus simplicibus, subnudis, nigris. ♂. (Long. circiter 1 lin.).

Mas: ano superne appendiculis 2 brevibus, filiformibus, erectis, parallelis, nigris, ex hiatu inferne filum recurvatum, elongatum nigrum vel piceum emittente.

Specimen masculum ignotæ speciei, Zett. Dipt. Scand. I. p. 359 in observatione.

In silva ad pagum Wittangi Lapponiæ Tornensis d. 14 Jun. 1821 inviduum solitarium inveni. (Alterum specimen masculum in Finlandia ad Enare d. 26 Jun. 1856 captum, bene conservatum, mecum communicatum D. Profess. *E. J. Bonsdorff*).

♂. *H. minutæ* (31) subsimilis, sed magnitudine duplo majo-

re, pedibus nigris, nec obscure rufis, tibiis anticis angustis, nec subincrassatis, &c., abunde diversa. Tota atra, opaca, breviter pilosula, tantum geniculis anterioribus summis ferrugineis. Oculi in fronte subcontigui. Antennæ longitudine capitis transversi, stylo terminali vix ullo. Haustellum longitudine antennæ. Thorax gibbus. Alæ fumato-hyalinæ, margine interiori indeterminate dilutiore, stigmate costali distincte fusco. Costa nuda. Nervus 3:tius longitudinalis acutangulatim furcatus, furcæ ramis subæqualibus, sublongiusculis, rectis. Pedes subnudi, femoribus posticis supra breviter & tenuiter pilosulis.

---

38 Sp.

50. BRACHYSTOMA Meig.

1. *Br. Westermanni* Zett. I. p. 360. ♂♀, & VIII. 3019.

2. *Br. Bohemani* Zett. I. p. 261. ♂♀.
Var. b. ♂♀. VIII. p. 3019.

3. *Br. Escheri* Zett. I. p. 362. ♂♀.
Var. b. ♂♀. I. p. 362.

3—4. *Br. aucta* Zett. VIII. p. 3019. ♀.

3—4. *Br. tenella* Wahlb. Zett. VIII. p. 3020. ♂.

4. *Br. Zetterstedti* Fall. Zett. I. p. 362. ♂♀, XI. 4270, & XII. 4608.

5. *Br. longicornis* Meig. Zett. I. p. 363. ♂♀, & XII. 4608.

In Scania ad Lindholmen in foliis Galeobdolon. lutei locis umbrosis d. 14 Jul. 1856 ♂ rarissime inventus a D. *Roth.*

♂. Pedes flavi, tenuiter fusco-pilosuli, tibiis apice tarsisque obscuris. Coxæ anticorum circiter tantum tertiam (nec di-

midiam) femoris partem longitudine attingunt. Reliqua ut in Dipt. Scand. l. c.

Obs. Quoniam in hac specie haustellum est tenue, perpendiculare & capiti longitudine æquale (nec proboscide saccata in apertura oris ampla fere retractum) justificatur omnino opinio Professoris *Wahlbergi*, eam solam (inter nostrales) in genere *Brachystomate* manere debere, remotis reliquis nostris cognitis, quæ Macquarti generi *Paramesiæ* melius subjiciendæ.

6. *Br. Wesmaelii* Macq. Zett. I. p. 364. ♂♀.

8 Sp.

51. WIEDEMANNIA Zett. (*)

1. *W. borealis* Zett. I. p. 365. ♂♀, VIII. 3021, & XI. 4270.

2. *W. juvenilis* Zett. I. p. 366. ♂♀, & VIII. 3022. ♀.

3. *W. appendiculata* Zett. I. p. 367. ♀, & VIII. 3022.

Specimen femineum solito paullo minus (circiter 1 ⅔ lin. long.) ad Tärna Lappon., mens. Jul. 1856 captum, mecum communicavit D. *Holmgren.*

Ciliæ postoculares nigræ. Ceterum ut in Dipt. Scand.

3 Sp.

52. EMPIS Linn.

Sect. 1. Pedes in utroque sexu non pennati.

a). Corpus nigricans.

sp. 1 – 9.

(*) *D. Bigot* in sua Classificatione Dipteror. huic generi locum in Familia Leptidum tribuit.

b). Corpus pallescens.

sp. 10—13.

Sect. 2. Pedes in ♀ ex parte pennati.

*). Halteres albi l. pallidi.

sp. 14—20.

**). Halteres nigri l. obscuri.

sp 21—23.

1. *E. tessellata* Fabr. Zett. I. p. 368. ♂♀, VIII. 3023. ♀, XI. 4271, & XII. 4608. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 492.

(Etiam in Finland. non raro obvia, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. I. p. 369, VIII. 3023, & XI. 4271.

Var. c. ♀. I. p. 369.

2. *E borealis* Linn. Zett. I. p. 370. ♂♀, VIII. 3023. ♂♀. & XI. 4271. ♂♀. — Kramer Diss. Ins. Dan. 1760. p. 29 hujus videtur? — Gray, Brit. Mus. 3. p. 497, ubi plura synonyma leguntur.

Hab. etiam in Dania, "choreas aëreas circa vesperam instituens", testante D. *Kramer* l. c.; recentiore vero tempore in Dania non reperta, quantum noverim, unde hic locus pro insecto præcipue septentrionali dubius. (In Finland. ad Kittilä, Helsingfors &c. freq., D.D. *Bonsdorff* & *Pippingsköld*).

3. *E. rustica* Fall. Zett. I. p. 371. ♂♀, & XII. 4608. ♂♀.

4. *E. livida* Linn. Zett. I p. 372. ♂♀, VIII. 3023. ♂♀, & XII. 4609. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 492.

Quoque in Westrogoth. circa Gothoburgum freq., *Malm*. (In Finland. copiose, Mus. *Bonsdorff*).

5. *E. lucida* Zett. I. p. 373. ♂♀, & VIII. 3024. ♂ & ♀ in Lappon. Umensi ad Tärna & in alpibus

circumjacentibus mense Jul. 1856, *Holmgren.* (In Finlandia, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. I. p. 373.

6. *E. grisea* Fall. Zett. I. p. 373. ♂♀.

In floribus Geranii sanguinei medio Julii 1856 utrumque sexum feminasque copiose in Scania collegit *Roth.*

Antennæ nigræ, vix nisi articulo 2:do testaceæ. Femora posteriora (raro etiam antica) in ♀ fere semper nigricantia, apice plus minus late flavo; quoque in ♂ femora posteriora interdum basi fuscescunt. Insuper ut in Dipt. Scand. l. c.

7. *E. maculipes* Zett. I. p. 374. ♂♀, VIII. 3024, XI. 4271, & XII. 4609. ♂♀.

(Ad Eriksberg Finlandiæ 2 specimina legit Prof. *Bonsdorff*).

7—8. *E. cinerea* Zett. XII. p. 4609. ♀.

8. *E. geniculata* Zett. I. p. 375. ♀.

9. *E. chioptera* Fall. Zett. I. p. 376. ♂♀, VIII. 3024. ♂♀, & XII. 4610. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 495.

Var. b. ♂♀. I. p. 376.

10. *E. stercorea* Linn. Zett. I. p. 377. ♂♀, VIII. 3024. ♂♀, & XII, 4610. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 497.

Etiam in Westrog. ad Gothoburg. *Malm.* (In Finland. vulgaris, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. I. p. 378, VIII. 3024. ♂.

11. *E. testacea* Fabr. Zett. I. p. 378. ♂♀, VIII. 3024, & XII. 4610. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 497.

12. *E. trigramma* Meig. Zett. I. p. 379. ♂♀, VIII. 3025, & XII. 4610.

In Scania quoque ad Lindholmen initio mensis Junii 1856 freq. ♂♀, *Roth.*

13. *E. ignota* Meig. Zett. I. p. 380. ♂♀. VIII. 3025. ♂♀, & XII. 4610. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 497.

14. *E. pennipes* Linn. Zett. I. p. 380. ♂♀, VIII. 3025, & XII. 4610. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 494.

Plura specimina feminea ad Klinta prope Ringsjön Scaniæ d. 1 Jun.—2 Jul. 1854 & 1855 deprehendit *Roth*; in Myosotide sylvatica ad Lindholmen d. 28 Maj. —10 Jun. 1856 uterque sexus quoque frequenter observatus ab eodem. (Plures mares & feminæ etiam ex Eriksberg Finlandiæ missi a D. *Bonsdorff*).

(*Var. b. ♀. pedibus lividis. plumis nigris ad Helsingfors, *Bonsdorff*).

Obs. Tibiæ anticæ in hac specie vix nisi unico latere seu tantum extus ciliatæ.

15. *E. ventralis* Stæg. Zett. I. p. 381. ♂♀.

Hujus raræ speciei duos mares totidemque feminas in floribus Myosotidis sylvaticæ ad Lindholmen Scaniæ d. 10 Jun. 1856 invenit *Roth.*

16. *E. plumipes* Zett. I. p. 382. ♂♀, XI. 4271, & XII. 4611.

17. *E. pennaria* Fall. Zett. I. p. 383. ♂♀, & VIII. 3025. ♂. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 495.

(In Finland. vulgaris, teste Prof. *Bonsdorff*).

18. *E. vernalis* Meig. Zett. I. p. 384. ♂♀; VIII. 3025, XI. 4271. ♂, & XII. 4611.

(Individua mascula & feminea quoque ex Eriksberg Finl. a Prof. *Bonsdorff* obtinui).

*18—19. *E nitidula* Zett. n. sp.: subpilosa, niti-

da, atra; halteribus albis, alis albo-hyalinis (♂), aut cinereo-hyalinis (♀), stigmate nullo l. obsoleto; pedibus piceis, pilosis, in ♂ tibiis tarsisque posticis compressis, subdilatatis, in ♀ femoribus posterioribus tibiisque posticis, pennatis; haustello in utroque sexu fere longitudine pectoris. ♂♀. (Long. 1—$1\frac{1}{4}$ lin.).

Mas & femina ut in *Emp. pennaria* & *vernali* differunt.

Hab. in Scania hactenus raro observata, scilicet ad Lund 2 mares & 1 femina d. 2 Junii capti, Mus. Acad. Lund.

♂♀. Affinis & similis *Emp. pennariæ* n:o 17 & *vernali* n:o 18, sed a priori pedibus piceis, nec rufo-testaceis, a posteriori, pedibus ut dictum piceis, nec atris, & ab ambabus thorace atro nitido, nec opaco & cinerascente. Alarum stigma parum conspicuum. Pedes picei vel nigro-picei.

19. *E. hyalipennis* Fall. Zett. I. p. 385. ♂♀, & XII. 4611. ♂.

Var. b. ♂. I. p. 386.

20. *E. albipennis* Meig. Zett. I. p. 386. ♂♀.

21. *E. volucris* Meig. Zett. I. p. 387. ♀, XII. 4611.

22. *E. morosa* Meig. Zett. I. p. 387. ♀, & XII. 4612. ♂.

23. *E. obscura* Macq.? Zett. VIII. p. 3026. ♂♀.

---

25 Sp.

52.—53. PACHYMERIA Steph. Macq.

1. *P. nitida* Macq. Zett. VIII. p. 3027. ♂♀.

In Scania ad Ringsjön d. 2—5 Jun. 1858 marem rarissime deprehendit *Roth.*

---

1 Sp.

53. RHAMPHOMYIA Hffmgg.

Sect. 1. Corpus nigrum aut cinereum.

Subdiv. 1:ma. Pedes in utroque sexu nudi (non pennati).

A. Halteres albi vel pallidi.

sp. 1—31.

B. Halteres fusci aut nigri.

†. Corpus oblongum, sed proportione robustum. Pedes validi.

sp. 32—40.

††. Corpus gracile. Pedes longi, tenues &c. vide I. p. 421.

sp. 41—46.

Subdiv. 2:da. Pedes ex parte in ♀ pennati aut ciliati.

α). Halteres albi.

sp. 47—54-55.

β). Halteres nigri l. fusci.

sp. 55—61.

Sect. 2. Corpus flavicans, opacum, gracile.

sp. 62—63.

1. *R. nigripes* Fabr. Zett. I. p. 389. ♂♀, VIII. 3030. ♂♀, & XII. 4612. ♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 499. (in Finlandia ad Helsingfors & Eriksberg sat freq., Mus. *Bonsdorff*).

2. *R. spissirostris* Fall. Zett. I. p. 390. ♂♀, VIII 3031. ♂♀, & XII. 4612. ♀.

In Scan. ad Lindholmen d. 25 Maj. & ad Ringsjön Junio ♂♀ legit *Roth*. (In Finland. non rar., Mus. *Bonsdorff*).

2—3. *R. dissimilis* Zett. VIII. p. 3031. ♂♀.

Var. b. ♀. VIII. p. 3032.

2—3. *R. paradoxa* Wahlb. Zett. VIII. p. 3033. ♂.

3. *R. anomalina* Zett. I p. 391 ♀, & VIII. 3033. ♂.

Quoniam *mas* hujus speciei, hactenus non descriptus, jam quoque repertus mecumque communicatus fuit, diagnosis paullo mutanda & ita exponitur:

R. anomalina: subpubescens, opaca, cinerea, thorace nigro bivittato; haustello longitudine vix capitis crasso, antennisque nigris; alis hyalinis, stigmate nigro, area discoidali in ♂ ovata, in ♀ magna, difformi, ad marginem interiorem retracta; pedibus in utroque sexu nigris subnudis, posticis pilosulis; metatarso postico subincrassato; ano maris subhiante, filo capillari instructo. ♂♀. (Long. 1 $\frac{1}{4}$, fere 1 $\frac{1}{2}$ lin.).

**Mas:* 1 $\frac{1}{8}$ lin. longus. Oculi contigui. Antennæ cum seta capite transverso fere nonnihil longiores. Thorax cinereus, vittis dorsalibus 2 latiusculis brunneo-nigris. Abdomen nigrum. Anus subhians, pubescens, cauda superne breviuscula, inferne e rictu ventrali filum capillare liberum obscurum sursum flexum emittente. Area discoïdalis in medio alæ, oblongo-ovata. Halteres sordide albidi.

Fem.: 1 $\frac{1}{4}$ lin. longa. Oculi remoti. Antennæ longitudine capitis transversi. Thorax lætius cinereus, lineis dorsalibus 2 perspicuis, nigris. Abdomen cinereum. Anus acuminatus. Alarum area discoidalis eximie oblonga, suo apice exteriori versus apicem alæ retracta, ad marginem interiorem descendens tribus angulis, infra quos nervuli totidem emittuntur, quorum intermedius brevissimus, reliqui breves. Halteres albissimi; in copula.

Hab. in Lapponicis suecicis huc usque tantum in mediis observata, valde rara, nempe in Lapponia Umensi: ad pagum Almsele d. 24 Jul. 1832 specimen unicum femineum inveni; in alpe ad Tärna unicum par in copula mens. Jul. 1856 deprehendit *Holmgren:* & denique in Lapponia Lulensi ad Qvickjock ♂ recentiori tempore repertus.

Descriptioni in Dipteris Scandinav. l. c. datæ tantum addam. thorax in individuis recentioribus & bene conservatis sat evidenter (præsertim in ♀) obscure lineatus. Abdomen ♂ nigricans, nec cinereo-micans. Alarum linea stigmaticalis in utroque sexu non longa, angusta, nigra, subtus umbra fusca. Pedes in speciminibus mortuis nigri, nec fusco-rufescentes; posticorum tibiæ cum metatarsis oblongis paullo incrassatis extus pilosæ, præsertim in ♂.

Obs. Conferatur *Rhamphomyia griseola* n:o 36 infra in hoc Tomo allata.

4. *R. filata* Zett. I. p. 392. ♂, & VIII. 3033.

5. *R. albo-segmentata* Zett. I. p. 393. ♂♀, & VIII. 3033. ♂♀.

(In Finlandia passim, Mus. *Bonsdorff*).

6. *R. rufipes* Zett. I. p. 391. ♂♀, & VIII. 3034. ♀, & XII. 4612.

7. *R. spinipes* Fall. Zett. I. p. 395. ♂♀, & VIII. 3034. ♂♀.

(Finland. *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*).

8. *R. sulcata* Fall. Zett. I. p. 396. ♂♀, VIII. 3034, XI. 4271, & XII. 4612. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 499.

Ad Tärna Lappon. marem mens. Jul. raro legit *Holmgren*. (♂♀ in Finl. freq., Mus. *Bonsdorff*).

Obs. In diagnose speciei addatur: ano in ♂ simplici.

Præter notam characteristicam e femoribus sulcatis desumtam differt hæc species a *Rh. flexicauda* n:o 16, cui sat similis, etiam ano maris crasso non retroflexo. Thorax breviter, sed distincte pilosulus. Haustellum crassum, basi angustatum.

Var. b. ♂♀. VIII. p. 3034.

9. *R. dentipes* Wahlb. Zett. I. p. 397. ♂, & VIII. 3035. ♂♀.

In Scania ad pagum Klinta prope Ringsjön mens. Jun. 1855, marem unicum hujus speciei in Suec. meridionali hactenus ignotæ invenit Mag. *Thomson.*

(In Finlandia semel, Prof. *Bonsdorff*).

10. *R. laevipes* Fall. Zett. I. p. 398. ♂♀, VIII. 3035. ♂♀, & XII. 4613.

10—11. *R. simplex* Zett. VIII. p. 3035. ♂♀, & XII. 4613. ♀.

11. *R. maculipennis* Zett. I. p. 399. ♀, & VIII. 3036.

12. *R. nitidula* Zett. I. p. 400. ♂♀, & VIII. 3036. ♂♀.

In Lapp. Umens. ad Tärna ♂ mens. Jul. *Holmgren.*
Var. b. ♂♀. I. p. 400.

13. *R. lugubrina* Zett. I. p. 401. ♂, & VIII. 3036.

14. *R. fuscipennis* Zett. I. p. 402. ♀, & VIII. 3036.

(Ad Kakkarais Finl. ♀ rarius lecta, *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*).

14—15. *R. coracina* Zett. VIII. p. 3037. ♀, & XI. 4271.

14—15. *R. confinis* Zett. XI. p. 4271. ♂ (♀).

*14—16. *R. trilineata* Zett. n. sp.: puberula, opaca, cinerea, thorace nigro-trivittato; alis fuscanis, costa obscuriori nuda, basi dilutioribus, area discoidali oblongo-ovata; haustello capite nonnihil longiore, crasso; pedibus nigris nitidis subnudis, posticorum femoribus subtus & tibiis extus brevissime setulosis. ♀. (Long. circit. 2 lin.).

Hab. in Scania ubi ad Herrevadskloster inter dies 3—15 Jun. 1856 a D. *Roth* detecta mecumque in unico specimine communicata.

♂. Affinis & similis *Rh. fuscipenni* (14), *coracinæ* (14—15) & *confini* (14—15), sed differt: a *fuscipenni* corpore pedibusque magis nudis, a *coracina* colore minus obscuro, haustello breviori, a *confine* magnitudine majori, alis obscurioribus, area discoidali magis oblonga, nec obovata &c., atque ab his omnibus per femora postica extus sulcata, subtus parce & brevissime spinulosa. A. *Rh. albo-segmentata*, cui etiam accedit, haustello capite tantum paullulum, nec illo fere duplo, longiori dignoscitur. — Caput cinereum, vertice pilosulo. Antennæ capite transverso saltem dimidio longiores, articulo ultimo antecedentibus simul sumtis paullo longiori, compresso; totæ atræ. Haustellum capite perpendiculari parum vel, ut dictum, paullo tantum longius, crassum, atrum. Thorax cinereus, dorso subseriatim breviter nigro-puberulus, & lineis 3 brunneo-nigris, media tenuiori, ornatus; antice opacus, postice subnitens. Abdomen obscure cinereum, subnitens, basi tantum ad latera parcissime nigro-pilosulum. Alæ præsertim ad marginem anticum fuscæ, basi paullo dilutiores, costa loco stigmatis anguste nigra, tota nuda, nec ciliata. Area discoidalis oblongo-ovata, nervulo transverso terminante inter radios 2 & 3 omnino recto. Nervus longitudinal. 6:tus usque in summum marginem alæ extenditur. Halteres flavi. Pedes simplices, nigri, nudi, inermes, tantum posticorum femoribus subtus spinulis 6—7 brevibus, & tibiis extus spinulis vel setulis æque brevibus, nigris munitis. Femora postica latere exteriori sulculo longitudinali exarato.

15. *R. reflexa* Zett. I. p. 402. ♂♀.

15—16. *R. nigrita* Zett. VIII. p. 3037. ♂♀.

16. *R. flexicauda* Zett. I. p. 403. ♂, & VIII. 3038. ♂♀.

In Lapponia Umens. ad Tärna & in alpibus adjacentibus mares & feminas mens. Julio 1856 haud infrequenter legit *Holmgren.*

Alæ in ♂ hyalinæ, linea stigmaticali nigra, in ♀ totæ nigricantes. Pedes in utroque sexu omnes atri. Maris filum anale breviusculum, crassum, ferrugineum.

17. *R. metatarsata* Zett. I. p. 403. ♂.

18. *R. fuscula* Zett. I. p. 404. ♂.

18—19. *R. modesta* Wahlb. Zett. VIII. p. 3039. ♂♀.

In arboribus frondosis prope Qvickjock Lapp. Lulensis capta d. 24 Jul. &c. 1843, Prof. *Wahlberg.*

19. *R. glaucella* Zett. I. p. 405. ♀, & VIII. 3039. ♀.

*19—20. *R. ignobilis* Zett. n. sp.: tenuiter puberula, opaca, cinerea, thorace obsolete fusco-trivittato; haustello longitudine capitis, crasso; alis hyalinis, basi albidis, lineola stigmaticali tenui, nigricante, area discoidali ovata; pedibus nigris, femoribus subtus & tibiis extus tenuissime spinulosis, metatarsis posticis leniter incrassatis. ♀. (Long. $1\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in regione alpina Lappon. Umensis ad Tärna, ubi feminam mense Julio 1856 rarissime invenit *A. E. Holmgren.*

♀. *Rh. glaucellæ* (19) proxima, magnitudine vero nonnihil minore, thorace leniter lineato, nec immaculato, alarum stigmate minus conspicuo, area discoidali paullo breviore, nec oblongo-ovata, ut & tarsis subcrassioribus distincta videtur. — Læte cinerea, opaca. Antennæ capite fere nonnihil longiores, in mortua ad latera flexæ, nigræ. Haustellum nigrum. Thorax supra tenuiter puberulus, lineolis 3 tenuibus obsoletis, media tenuissima, brunneis. Abdomen subnudum, obscurum, cinereum, segmentorum margine apicali certo situ dilutiori, ano acuminato, cinereo. Alæ hyalinæ, radice albido-hyalinæ, lineola stigmaticali brevi, tenui, nigra. Nervulus transversus, qui aream discoidalem terminat, fere rectus seu lenissime tantum curvatus. Hujus areæ radii 1 &

2 superiores basi approximati seu parum distantes, 2 & 3 inferiores basi longe remoti. Nervi longitudinales omnes integri. Halteres albissimi. Pedes nigri nitidi, coxis cinereis, opacis. Femora antica nuda, posteriora subtus parce, breviter & tenuissime spinulosa. Tibiæ omnes extus parce & subtiliter spinulosæ. Metatarsi postici compressi, leniter incrassati.

20. *R. pallidiventris* Fall. Zett. I. p. 405. ♂♀.

In Scania quoque ad Sjöbo d. 18 Aug. 1855 feminas parce deprehendit *Roth.*

21. *R. lividiventris* Zett. I. p. 406. ♂♀, & VIII. 3040. ♂.

22. *R. tenuirostris* Fall. Zett. I. p. 406. ♂♀, & XII. 4613. ♂♀.

Ad Sjöbo Scaniæ d. 18 Aug. 1855 plures mares observavit *Roth.*

23. *R. variabilis* Fall. Zett. I. p. 407. ♂♀, VIII. 3040. ♀, & XII. 4613. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 499.

(Ad Eriksberg Finland. raro, Prof. *Bonsdorff*).

24. *R. albipennis* Fall. Zett. I. p. 408. ♂♀, & XII. 4613. ♂. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 501.

Var. b. ♂♀. I. p. 408.

25. *R. niveipennis* Zett. I. p. 409. ♂♀, & VIII. 3040. ♂♀.

(♀ ad Åbo rariss. lecta, Mus. *Bonsdorff*).

26. *R. lacteipennis* Zett. I. p. 410. ♂.

(In Finland. ad Eriksberg specimen unicum invenit prof. *Bonsdorff*).

27. *R. picipes* Zett. I. p. 410. ♀.

28. *R. anomalipennis* Meig. Zett. I. p. 411. ♀, & VIII. 3040. ♀.

♀ unicam ad Tärna Lappon. Jul. 1856 legit *Holmgren.*

Alæ potius albo-hyalinæ, quam cinereo-hyalinæ dicendæ.

29. *R. tipularia* Fall. Zett. I. p. 411. (*) ♂♀, & XI. 4272.

(In Finlandia passim, Mus. *Bonsdorff*).

*29—30. *R. marginata* Fabr. Meig.: subpilosa, opaca, cinerea, thorace fusco-trivittato, antennis & haustello capite nonnihil longioribus, atris; pedibus pubescentibus, nigris; alis (♀) dilatatis, triangularibus, albo-hyalinis, intense fusco-marginatis. ♀. (♂). (Long. fere 2 lin.).

Meig. Dipt. Europ. 3. 43. 1. ♀. Macq. Buff. I. 336. 8. ♀. Gray, Brit. Mus. 3. p. 498. *Empis marginata* Fabr. Antl. 138. 3. ♀. *Empis platyptera* Panz. Fn. 24. 23. ♀. Lefebvre Annal. de la Soc. Entomol. de France. 1851. p. 125—130. tab. 4. f. 1—4. ♂ & ♀.

In fol. Coryli ad Ringsjön Scaniæ interioris & mediæ mense Junio 1857 specimen unicum femineum invenit *Roth.* — (Ex Altenburg Saxon. Prof. *Apetz*, & ex Helvetia D. *Konevka* feminas nonnullas etiam mecum communicarunt. — Ut hujus insecti patriam Europam meridionalem referunt Auctores.

♀. Species eximia alis amplis margine obscuro insignis & distincta. Cinerea, opaca. Antennæ & haustellum atra. Thorax dorso parce pilosulus, lineis 3 brunneis media obsoleta. Abdomen obscure cinereum, ano simplici, acuminato. Alæ insigniter dilatata, triangulares, albo-hyalinæ, toto margine apicali truncato, late (fere ad apicem areæ discoidalis cune-

(*) pag. 411. lin. 2 (ab infra) stat: Macq. Buff. 3. lege: Macq. Buff. 1.

atæ) nigro-fusco; margine etiam interiori fuscato. Halteres albi. Pedes nigri, puberuli, posticorum tibiis extus metatarsisque pilosulis. — Statura & affinitas *Rh. tipulariæ* (29), cui proxima videtur.

Mas mihi ignotus, sed a D. *Lefebvre* l. c. describitur ut feminæ subsimilis, per sequentes vero notas præcipue discrepans, nempe pedes longiores & armaturam ani. Præterea oculi rufi & magni. Rostrum (haustellum) robustum, longitudine saltem tibiæ anterioris. Thorax dorso lineis 2 parallelis infumatis, postice abbreviatis Tibiæ graciles & longiores quam in ♀. Femora posteriora longitudine apicem abdominis attingunt; tibia & tarsi sunt singula longitudine femoris. Abdomen sat robustum, lateribus compressum, terminatur appendicibus 2 nigris rectis, longitudine tarsi postici, parallelis, rigide pilosulis. Alæ ut in femina amplæ & obscure marginatæ.

Obs. D. *Lefebvre* describit ex suo specimine masculo alas margine largiter infumatas & præsertim margine anteriore & apicali intense brunneas, atque, ut quidquam singulare, depinxit alæ sinistræ fuscedinem marginis exterioris maculis 6 ovalibus subpellucidis ornatam, dubius an hæc aut pictura absque maculis iisdem (qualis in ala dextera & in ♀) sit normalis.

30. *R. hybotina* Zett. I. p. 412. ♂♀, VIII. 3040, & XII, 4613.

31. *oedalina* Zett. I. p. 413. ♀.

*31—32. *R. carbonaria* Hoffgg. n. sp. pro F:na Scand.: "anthracina, parum nitida, thorace obsolete quadrivittato; haustello pedibusque piceis; alis fusco-flavicantibus; halteribus flavidis." (Long. 3? lin.).

Hoffmansegg.—Meig. Dipt. Eur. 3. 59. 34 (inter ignotas). — Gray, Brit. Mus. 3. p. 503.

Hab. in Lapponia Norvegica : ad Hammerfest Fin-

markiæ D. *Walker*, teste D. *Gray* l. c., mihi in Scandinavia non obvia.

Speciem hanc non sine dubitatione affero. Nam non solum sexu, verum etiam loco in serie systematica mihi ignota. *Meigen*, qui eam secundum *Wiedemann* insufficienter descripsit, & de structura pedum & de sexu omnino silet. Si pedes in utroque sexu nudi sunt, in nostra *Subdivisione 1:ma* ponenda; si autem pedes in femina pennati aut ciliati deprehenduntur, in vicinitate nostræ *Rhamph. obscurellæ* ♀ verisimiliter locanda. ♂ esse videtur?

32. *R. villosa* Zett. I. p. 415. ♂, & XII. 4613.

33. *R. morio* Zett. I p. 416. ♂♀, & VIII. 3040

34. *R. alpina* Zett. I. p. 416. ♂♀, & VIII. 3041. ♂♀.

*34—35. *R. fumipennis* Zett. n. sp.: distincte pilosa, subnitens, nigricans, thorace atro-trivittato; halteribus nigris, alis simplicibus, subfumatis (♂), linea stigmaticali nigra, area discoidali oblongo-ovata; pedibus nigris, spinulosis; ano maris simplici, atro, filo breviusculo, ferrugineo. ♂. (Long. fere 3 lin.).

Hab. in Lapponia Umensi alpina forte rarissime, mihi tantum in unico exemplo ad Tärna mens. Jul. 1856 capto, a D. *Holmgren* communicata.

♂. Similis *R. alpinæ* (34), sed haustello longiore, thorace obscuriore, alis basi vix flavicantibus, ut & ano maris paullo simpliciore, filo breviore & nonnihil crassiore distincta. — Antennæ capite transverso fere paullo longiores (in specimine exsiccato erectæ), totæ nigræ, basi perspicue pilosæ. Haustellum capite saltem $2\frac{1}{2}$ longius, modice crassum. Oculi contigui. Thorax nigricans, subnitens, supra perspicue nigro-pilosus, vittis 3 atris, pilosis. Pleuræ obscure cinereæ, nudæ. Abdomen subcylindricum, nigrum, nitidum, pilosulum. Anus valvulis caudalibus horizontalibus brevibus atris

nitidis pilosulis, & filo breviusculo subvalido ferrugineo. Alæ subfumatæ, basi leniter indeterminate flavidæ, stigmate angusto, nigro. Halteres nigricantes, petiolo livido. Pedes simplices, toti atri, nitidi. Coxæ omnes obscure cinereæ, sat longe pilosæ. Pedum anticorum femora & tibiæ distincte pilosa; posteriorum femora & tibiæ parce & breviter pubescentia, illa subtus & hæ extus spinulosa.

Obs. Licet ♀ ignota tamen hanc speciem ad Subdivis. 1:mam pedibus in utroque sexu non pennatis, neque plumosis retuli & id per analogiam propter ejus magnam cum *Rh. alpina* affinitatem.

35. *R. caudata* Zett. I. p. 417. ♂♀, & VIII. 3041.

36. *R. griseola* Zett. I. p. 148. ♂.

Subsimilis est mari *Rh. anomalinæ* (3), sed magnitudine nonnihil minore, alarum area discoidali paullo breviore, nec non stigmate obsoletiore ab hac differt *Rh. griseola*. ♀ ignota.

37. *R. pusilla* Zett. I. p. 418. ♂♀, & VIII. 3041.

(E Finlandia marem initio Aug. inventum & feminam d. 11 Jun. 1856 ad Patsjoki captam mecum communicavit Prof. *Bonsdorff*, speciminibus nostris lapponicis omnino similes, & tantum ano in ♂ leniter subhiante, & pedibus in utroque sexu nigris, nec piceis, discrepantes).

38. *R. fraternella* Zett. I. p. 419. ♂♀.

39. *R. dispar* Zett. I. p. 419. ♂♀.

Ad Lycksele Lapp. Um. d. 8—11 Jun. 1856 ♂ parce lectus, *Holmgren*. (Ad Eriksberg Finl. rar., *Bonsdorff*).

Mas sæpe vix 1 lin. longus. In alis maris nervi longitudinales inferiores subtiles atque horum septimus (ad basin alæ) valde obsoletus & ad marginem interiorem non omnino extensus.

40. *R. fuliginella* Zett. I. p. 420. ♀, VIII. 3041. ♀, & XI. 4212. ♂.

♀ ad Åskilje Lappon. Umens. d. 16—19 Jun. 1856 rarissime, *Holmgren.*

Obs. Ob distinctionem speciei a sequente (seu *Ph: aperta*) additur in diagnosi post area discoidali ovata: completa;

40—41. *R. aperta* Zett. n. sp.: puberula, opaca, nigricans, thorace nigro-subquadrivittato; haustello capite duplo longiore, parum crasso; halteribus (♀) sordide albidis, alis nigris, area discoidali breviter ovata, apice exteriore aperta; pedibus simplicibus, subnudis, nigris. ♀. (Long. 1 lin.).

Rh. fuliginella Dipt. Scand. I. p. 420. n:o 40. ♀ var. in descriptione.

Hab. in Lapponia Umensi: ad Kattisafvan d. 14—16 Jun. 1856, atque ad Stensele medio Aug. ejusdem anni a D. *Holmgren* rarius capta; in jugo alpino Norvegiæ ad Suuistuen Jul. 1840 semel a me deprehensa.

♀. *Rh. fuliginellæ* (40) proxima & similis, sed alarum nervulo exteriore, qui aream discoidalem normaliter terminat, deficiente mox dignota. A *Rh. anomalipenni* (28), cui quoque nervorum conditione accedit, haustello longiore, nec non alis obscurioribus &c. abunde diversa; & denique a *Rh. infuscata* Meig. Dipt. 3. 53. 22 ♂, magnitudine paullo minore, pedibus nigris, nec ferrugineis, tibiis parum spinulosis, ut & sexu, differt. — Nigricans, opaca. Antennæ longitudine capitis transversi, ad latera (in specimine mortuo) flexæ, nigræ. Haustellum capite perpendiculari duplo longius, subtenue. Thorax dorso breviter & tenuiter cinereo-pubescens, lineis, ni fallor 4, nigris, in fundo obscuro non bene distinguendis. Pleuræ obscure cinereæ. Abdomen obscure cinereum, opacum, breviter & parce cinereo-puberulum; ano acuminato. Alæ sat amplæ; totæ nigro-

brunneæ, stigmate saturatiore. Nervi longitudinales integri præter duos basi proximos non usque ad marginem interiorem productos. Area discoidalis paullo ante medium alæ sita, ut in diagnosi formata & incompleta. Halterum clava subfusca l. potius sordide albida, petiolo dilutiore. Pedes simplices, nigri, opaci, certo situ obscure cinereo-micantes; parum puberuli, posticorum femoribus subtus & tibiis extus valde tenuiter & parce spinulosis.

41. *R. culicina* Fall. Zett. I. p. 421. ♂♀.

(Ad Eriksberg Finland. raro, Prof. *Bonsdorff*).

42. *R. unicolor* Zett. I. p. 422. ♂.

43. *R. lucidula* Zett. I. p. 422. ♂.

Ad Stensele Lappon. Umens. circa medium Aug. 1856 ♂ unicus observatus, *Holmgren.*

Specimen hoc lapponicum Helsingiensi l. c. descripto paullo majus (fere $1\frac{1}{2}$ lin. long.) & pedibus piceo-nigris instructum; de cetero simillimum. Anus simplicissimus.

44. *R. sciarina* Fall. Zett. I. p. 423. ♂, VIII. 3041. ♂, & XII. 4614.

Quoque ad Illstorp Scaniæ d. 15 Aug. 1855 & 25 Jul. 1858, marem legit *Roth.* (In Finland. Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂. I. p. 423.

45. *R. nigripennis* Fall. Zett. I. p. 424. ♂♀, & VIII. 3041. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 502.

(In Finland. freq., Mus. Pr. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. I. p. 425.

46. *R. holosericea* Meig. Zett. I. p. 425. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 501 (exclus. syn. Fall. *Emp. gibba*).

Var. b. ♀. I. p. 426.

47. *R. plumipes* Fall. Zett. I. p. 426. ♂♀, & XII. 4614. ♂♀.

(Ad Eriksberg &c. Finlandiæ ♂ & ♀, Mus. *Bonsdorff*).

47—48. *R. poplitea* Wahlb. Zett. VIII. p. 3042. ♂.

48. *R. geniculata* Meig.? Zett. I. p. 427. ♂♀, VIII. 3042. ♂♀, & XII. 4614. ♀.

(♂♀ Aboæ non raro, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂. VIII. p. 3043.

*Var. c. ♀. similis var. a., sed tibiæ etiam intermediæ nigro-pennatæ. Antennæ basi fuscæ. Thorax dorso brunneo-trilineatus. Alarum area discoidalis ovato-oblonga; stigma magnum, sed obsoletum. An sp. distincta?

Specimen unicum ad Stensele Lapp. Umens. medio Aug. 1856, *Holmgren.*

49. *R. pennata* Macq. Zett. I. p. 428. ♂♀, VIII. 3043. ♀, & XII. 4614. ♂♀.

In Scania ad Arrie feminas mense Julio parce legit *Thomson.*

50. *R. obscura* Zett. I. p. 429. ♂♀, & VIII. 3043.

In fruticibus ad Rössjöholm Scaniæ varia specimina utriusque sexus d. 16 Jun. 1857 invenit *Roth.*

50—51. *R. cana* Zett. VIII. p. 3043. ♂, & XI. 4272.

51. *R. tarsata* Meig. Zett. I. p. 430. ♂♀, VIII. 3044. ♂♀, & XI. 4273.

In Scania ad Illstorp d. 6 Jul. 1858 feminam deprehendit *Roth.*

52. *R. fuscipennis* Zett. I. p. 431. ♀.

53. *R. costata* Zett. I. p. 431. ♀, & XII. 4614. ♀.

54. *R. obscurella* Zett. I. p. 432. ♀.

54—55. *R. tibiella* Stæg. Zett. VIII. p. 3044 ♂♀.

55. *R. vesiculosa* Fall. Zett. I. p. 433. ♂♀, & VIII. 3045.

(Ad Eriksberg & Uskela Finland. etiam in copula, Mus. D. *Bonsdorff*).

56. *R. atripennis* Zett. I. p. 434. ♂♀, VIII. 3045, & XI. 4273. ♀.

Ad Tärna Lappon. ♂ & ♀ mens. Jul. raro, *Holmgren.*

*56—57. *R. lugens* Zett. n. sp.: subpilosa, opaca, obscure cinerea, thorace atro-trivittato; haustello capite nonnihil longiore, crasso; halteribus fusco-nigris; alis (♀) amplis, nigris, area discoidali ovata; pedibus totis nigris, femoribus posterioribus (♀) utrinque breviter nigro-pennatis, tibiis posticis ciliatis. ♀. (Long. fere 2 lin.).

Hab. in Lappon. Umensi, ubi ad Stensele specimina nonnulla circa medium Aug. 1856 invenit *Holmgren.*

♀. Affinis & similis *Rh. atripenni* (56) & *alatæ* (57), a priori vero thorace trivittato, nec bivittato, ab *alata* thorace obscuriore, & ab ambabus magnitudine nonnihil minore ut & præcipue pedibus omnibus & totis atris. — Antennæ nigræ. Haustellum capite paullo longius, crassum, basi attenuatum. Thorax cinereus, dorso obscurior, vittis 3 nigris; supra breviter nigro-pilosus. Abdomen fusco-cinereum, subnudum; ano acuto. Alæ latæ, intense brunneæ, nervis præsertim nigredine cinctis. Area discoidalis fere ante medium alæ sita, ovata. Nervi omnes integri. Halterum clava fusco-nigra, petiolo dilutiori. Pedes nigri, coxis obscure cinerascentibus, anticis subpilosis; antici breviter pubescentes, posteriores ut in diagnosi.

57. *R. alata* Zett. I. p. 434. ♀.

58. *R. Vespertilio* Zett. I. p. 435. ♀.

59. *R. plumifera* Zett. I. p. 436. ♀, & VIII. 3045. ♂.

♂ & ♀ in Lapp. ad Tarna & in alpibus adjacentibus Jul. 1856, *Holmgren.*

Thorax dorso brevissime & tenuiter puberulus. Alar. area discoidalis breviter ovata. Metatarsi postici conspicue incrassati. Reliqua ut in Dipt. Scand. l. c.

60. *R. æthiops* Zett. I. p. 436. ♂♀, & VIII. 3045.

(In Finland. ad Eriksberg & Ispois, *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. I. p. 437.

61. *R. gibba* Fall. Zett. I. p. 437. ♂♀, & VIII. 3045. ♂.

62. *R. flava* Fall. Zett. I. p. 438. ♂♀, VIII. 3046. ♂♀, XI. 4273, & XII. 4614. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 503.

(In Finlandia, Mus. *Bonsdorff*).

63. *R. hybrida* Zett. I. p. 438. ♂♀.

---

79 Sp.

54. GLOMA Meig.

1. *Gl. fuscipennis* Meig. Zett. I. p. 439. ♂, & VIII. 3046. ♂.

---

1 Sp.

55. MICROCERA Zett.

1. *M. rostrata* Zett. I. p. 440. ♂♀, VIII. 3046.

---

1 Sp.

Fam. 12. DOLICHOPODES Fall.

56. HYDROPHORUS Fall.

Subd. 1. Seta antennarum distincte dorsalis. Etc. sp. 1—7-8.

Subd. 2. Seta antennarum subapicalis. Etc. sp. 8—18.

1. *H. regius* Fabr. Zett. II. p. 441. ♂♀, VIII. 3047, & XII. 4615. ♂♀. — *Medeterus regius* Gray, Brit. Mus. 3. p. 654.

(♂ & ♀ in Finland., Mus. *Bonsdorff*).

2. *H. bipunctatus* Lehmann. Zett. II. p. 442. ♂♀ ex parte, VIII. 3047. ♂♀, XI. 4273, & XII. 4615.

Var. b. ♂. II. p. 444 (sub *H. litoreus*), & VIII. 3048.

2—3. *H. binotatus* Fall. Zett. II. p. 442. ♂♀ ex parte, & VIII. 3048. ♂♀.

In Scania ad Fogelsång d. 7 Aug. femina freq., Mus. Acad. Lund.; ad Kattisafvan Lappon. Jun. 1856, *Holmgren*. (Feminam & marem e Finlandia Kittilä d. 13—27 Maj. 1856 communicavit Prof. *Bonsdorff*).

3. *H. balticus* Meig. Zett. (sub *H. litoreus*) II. 443. ♂♀, & VIII. 3050. ♂♀.

3—4. *H. litoreus* Fall. Zett. II. p. 443. ♂♀. ex parte, VIII. 3051. ♀, XI. 4273. ♂, & XII. 4615.

(Ad Helsingfors & Uskela ♂ & ♀ copiose, Mus. *Bonsdorff*).

4. *H. inæqualipes* Macq. Zett. II. p. 444. ♂♀, VIII. 3052, & XI. 4273.

5. *H. spinimanus* Zett. II. p. 445. ♂♀, & VIII. 3053.

♀ in Lappon. Umens. ad Tärna & in alpibus adjacentibus Jul. 1856. ♀ rar., *Holmgren.*

6. *H. notatus* Fabr. Zett. II. p. 446. ♂♀, VIII. 3053. ♂♀, XI. 4273, & XII. 4615. — *Medeterus notatus* Gray, Brit. Mus. 3. p. 656.

Individuum masculum hujus singularis speciei in Scania ad Råby prope Lund jam d. 8 Martii invenit Magist. *Thomson.*

7. *H. nebulosus* Fall. Zett. II. p. 447. ♂♀, & VIII. 3053. ♂♀. — *Medeterus* idem Gray, Brit. Mus. 3. p. 657.

♀ ad Gaskelougt Lappon d. 25—28 Jun. rar., *Holmgren.* (Ad Kittilä Finlandiæ d. 13 Maj. 1856 ♀ raro, Mus. *Bonsdorff*).

7—8. *H. alpinus* Wahlb. Zett. VIII. p. 3054. ♂♀.

8. *H. obscurus* Zett. II. p. 449. ♂♀, & VIII. 3055.

In truncis Pini sylvestris ad villam Ekeshult in parœc. Glimåkra Scan. d. 14—16 Jun. 1858 nonnullos mares cepit *Roth.*

9. *H. rostratus* Fabr. Zett. II. p. 449. ♂♀, VIII. 3055, XI. 4273, & XII. 4615. ♂♀.

Var. b. ♂♀. II. p. 450, VIII. 3055, & XII 4615. ♂.

10. *H. jaculus* Fall. Zett. II. p. 450. ♂♀, & XII. 4615.

(In Finland., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. II. p. 451, & XI. 4273.

Var. c. ♂♀. II. p. 451.

11. *H. Truncorum* Meig. Zett. II. p. 452. ♂♀, & VIII. 3055. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 656.

In lapidib. soli expositis ad Lindholmen Scaniæ d. 26 Jul.—5 Jul. ♂♀ copiose, *Roth.*

12. *H. apicalis* Stæg. Zett. II. p. 452. ♀, & VIII. 3055. ♂♀.

Var. b. ♂♀. II. p. 453, & XII. 4616. ♂.

13. *H. pallipes* Stæg. Zett. II. p. 453. ♂♀. VIII. 3055, & XII. 4616.

14. *H. albipes* Zett. II. p. 454. ♀.

15. *H. tristis* Zett II. p. 454. ♂♀, & VIII. 3056. ♂♀.

16. *H. muralis* Meig.? Zett. II. p. 455. ♂♀, & VIII. 3056.

In Scania: ad Herrevadskloster, & ad pagum Klinta prope Ringsjön d. 3 Jun.—2 Jul. 1855 haud infrequenter, nec non in truncis Fagi ad Lindholmen d. 5—28 Maj. 1856 sat copiose, *Roth*. (Aboæ & ad Uskela Finl., Mus. *Bonsdorff*).

Thorax in bene conservatis individuis obscure æneseens, dorso lineis 3 tenuissimis nigro-brunneis. Cauda maris longe inflexa, sat magna, atra.

Var. b. ♂♀. II. p. 455.

Var. c. ♀. II. p. 455.

17. *H. minutus* Zett. II. p. 456. ♀, & XII 4616. ♀ & ♂.

Uterque sexus locis arenosis aridis ad Illstorp Scaniæ d. 4—24 Jul. 1855 & 1858 non raro a D. *Roth* deprehensus.

♂ plerumque nonnihil obscurior, cauda inflexa, majuscula, nigra. Specimina detrita interdum reperiuntur toto corpore obscure subænescente, epistomate vero sæpius obscuro.

Var. b. ♀. XII. p. 4616.

18. *H. ambiguus* Zett. II. p. 456. ♂, & XII. 4616. ♂.

21 Sp.

57. RHAPHIUM Meig.

Subd. 1. Antennæ in ♂ longissimæ, in ♀ modice elongatæ. Etc.
sp. 1—5-6.

Subd. 2. Antennæ in ♂ capite transverso paullo longiores, in ♀ plerumque breviores, &c.
sp. 6—22.

1. *Rh. longicorne* Fall. Zett. II. p. 458. ♂♀, VIII. 3057. ♀, XI. 4274, & XII. 4617. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 641.

♂ & ♀ ad Rössjöholm Scan. Jun. 1857, *Thomson;* uterque sexus etiam in Lapponia ad Tärna & in alpibus circumjacentibus Jul. 1856, *Holmgren.*

Antennæ maris quidem longissimæ, at longitudinem corporis tamen non attingunt.

2. *Rh. laticorne* Fall. Zett. II. p. 459. ♂♀, & VIII. 3057.

In ripa lacus Silfåkra Scaniæ d. 24 Jul. 1858 mas iterata vice rarissime lectus, *Roth.*

Var. b. ♂. II. p. 460.

3. *Rh. macrocerum* Meig. Zett. II. p. 460. ♂♀, ex parte, & VIII. 3057. ♂♀.

3—4. *Rh. appendiculatum* Zett. VIII. p. 3058. ♂♀.

In Scania ad Lindholmen in foliis Coryli plura specimina utriusque sexus invenit *Roth:* mares jam d. 18—25 Junii proventi & feminæ paullo seriores (initio Julii) in copula juncti deprehensi.

Caveas ne hanc cum affinibus *Rh. macrocero* (3) & *caliginoso* (4) confundas; a priore alarum nervis longitudinalibus 3 & 4 in medio paullo latius remotis, versus apicem nonnihil convergentibus, nec parallelis, & a *caliginoso* magnitudine paullo majore atque femoribus posterioribus superne

tantum macula apicali obscura, nec vitta a medio ad apicem ducta nigra, &c. facile dignoscitur.

4. *Rh. caliginosum* Meig. Zett. II. p. 461. ♂♀, VIII. 3059. ♂♀, XI. 4274, & XII. 4617. — Gray. Brit. Mus. 3. p. 641.

(In Finland. ad Eriksberg ♂, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. II. p. 462.

In Scania ad Ringsjön rar. ♂., *Thomson.*

Var. c. ♂♀. II. p. 462.

(Ad Eriksberg Finl. ♀, Mus. *Bonsdorff*).

Var. d. ♂. II. p. 462.

Var. e. ♀. II. p. 462.

In Scania ad Kungsmarken, Rössjöholm &c. varietates enumeratæ mensib. Majo & Junio frequenter occurrunt.

5. *Rh. fasciatum* Meig. Zett. II. p. 463. ♂, VIII. 3060. ♀, & XI. 4274.

Ad Rössjöholm Scan. in graminosis Jun. 1857 ♂ semel, *Thomson*, eodemque loco d. 16 Jun. 1858 ♂ unicus, *Roth.*

5—6. *Rh. rufipes* Meig.? Zett. VIII. p. 3060. ♂.

5—6. *Rh. discigerum* Stenh. Zett. XI. p. 4274. ♂♀.

6. *Rh. elegantulum* Meig. Zett. II. p. 464. ♂♀, VIII. 3061, XI. 4275. ♀, & XII. 4617.

In Scania ad Ringsjön ambo sexus copiose, *Roth.*

♂ fronte æneo-viridi & ♀ fronte cuprea in copula Jun. 1857 ad Rössjöholm Scan., D. *Thomson.* (♂ & ♀ ad Eriksberg & Kakkarais Finl. freq., *Bonsdorff* & *Pippingsköld*).

Var. b. ♀. II. p. 466.

7. *Rh. crassipes* Meig. ex parte, Zett. II. p. 466. ♂♀, VIII. 3061. ♂♀, XII. 4617. ♀.

Specimina nonnulla utriusque sexus in Scania ad Lindholmen d. 29—30 Maj. 1856 legit *Roth;* in Westrog. ad Gothoburg, rar., *Malm;* ♂ & ♀ in Lappon. Umens. ad Tärna & in alpib. adjacentibus mens. Jul., *Holmgren.* (Ad Eriksberg &c. Finl. passim, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂. II. p. 467.

8. *Rh. confine* Zett. II. p. 467. ♂♀.

*8—9. *Rh. Spinicoxa* Zett. n. sp.: obscure æneum, fronte concolore; antennis nigris; squamis subalaribus halteribusque albidis; alis cinereo-hyalinis, nervis longitudinalibus 3 & 4 versus apicem subapproximatis; pedibus simplicibus, flavis, coxis totis tarsisque apice nigricantibus, illarum intermediis (in ♂) spinulis 2 brevibus nigris armatis; appendicibus analibus in mare furcatis. ♂. (Long. circit. 2 lin,).

Hab. in Lappon. Umensi forte rarissime, ad Tärna mens. Jul. 1856 captum, mecum in unico specimine a D. *Holmgren* communicatum.

♂. Magnitudo & eximia cum *Rh. nasuto* (9) similitudo, sed per pedes omnes flavos ab hoc, & coxarum intermediarum armaturam simul ab omnibus aliis dignotum. — Frons virescens. Vertex paucisetosus. Antennæ capite transverso nonnihil longiores, conicæ, atræ, seta apicali antenna tota paullo longiore. Oculi infra antennas connexi, unde epistoma non conspiciendum nisi in triangulo minuto albo supra os. Thorax æneus, parum nitens, supra nigro-setosus, verosimiliter obscure bilineatus, sed hæc pictura, si adest, in dorso paullo corrugato haud distinguenda. Pleuræ schistaceæ, maculis virentibus. Scutellum æneum. Abdomen æne-

um, basi ad latera & subtus albido-pilosulum. Appendices anales ut in *Rh. nasuto.* Alæ hyalinæ, nervis quoque ut in *nasuto* directis. Squamæ subalares pallide ciliatæ halteresque flava. Pedes flavi, coxis schistaceo-nigris, anterioribus latere antico albo-villosis. Femora anteriora subtus tenuiter flavo-ciliata. Tarsi simplices, anteriores apice obscuri. Pedes postici: femoribus tibiarumque apice tarsisque totis nigricantibus, horum articulis 2 primis nonnihil incrassatis. Sub coxis intermediis adsunt spinulæ 2 filiformes circiter ⅜ lin. longæ, subperpendiculares, atræ.

9. *Rh nasutum* Fall. Zett. II. p. 469. ♂♀, VIII. 3061. ♀, XII. 4618.

(In Finl. ad Eriksberg ♂ rar., Mus. *Bonsdorff).*

Var. b. ♀. II. p. 470.

10. *Rh fascipes* Meig Zett. II. p. 470 ♂♀, VIII. 3061, & XII. 4618.

In prato Kungsmarken Scaniæ d. 28 Maj. 1858 ♂ unicus, *Roth.*

(♂ unic. ad Eriksberg Finl., Mus *Bonsdorff*).

Præcedente paullo minor.

11. *Rh. consobrinum* Zett. II. p. 471. ♂♀, VIII. 3061. ♂♀, & XI. 4275.

11—12. *Rh obscuripes* Zett. VIII. p. 3061. ♀.

*11—13. *Rh. subnudipes* Zett. n. sp.: obscure viridi-æneum, nitidum, fronte concolore; epistomate albo; antennis nigris; thorace nigro-bilineato; squamis subalaribus pallide ciliatis halteribusque flavis; alis subfuscanis, nervis longitudinalib. 3 & 4 versus apicem leniter convergentibus; pedibus nigris, anteriorum geniculis, tibiis metatarsisque testaceis. ♂. (Long. 1½ lin).

Vix mas *Rh. obscuripedis* Dipt. Scand. VIII p. 3061?

Hab. in Scania media rarissime: marem unicum ad Lindholmen d. 7 Jun. 1836 detexit mihique ad describendum obtulit *Roth*, & alterum ad Lund mense Jul. ejusdem anni inventum comparavi.

♂. *Rh. consobrino* (11) proximum, sed antennarum articulo ultimo paullo majore, seta vero nonnihil breviore, alis forte paullo magis fumatis, nervis longitud. 3 & 4 quidem ut in illo leniter flexis, sed ad apicem paullulum minus late distantibus, & præcipue femoribus anticis subtus fere totis nudis, & subtus neque longe neque dense nigro-pilosis, distinctum. Nec *Porphyrop. nigripedem* Macq. & Meig., qui "Olivaceus pedibus nigris. tibiis anterioribus fulvis subtus spinosis" cum nostro identicum esse, facile credas. — Viridi-æneum. Antennæ majusculæ, nigræ. Os retractum, palpis atris. Epistoma angustum. candidum. Barba sub capite alba. Thorax antice fascia cinerea, opaca. Abdomen nitidum, cupreo-æneum, incisuris nigris. Cauda inflexa nigra, appendicibus simplicibus nigricantibus. Pedes simplices ut in diagnosi colorati. Femora postica certo situ ænescentia. Tibiæ posticæ obscure fuscæ. Femora antica simplicia, subtus nuda, tantum basi apiceque pilis aliquot albis (nec nigris) munita, latere posteriore pilis nonnullis nigris obsita. Tibiæ anticæ extus non raro, intermediæ modice & posticæ parcissime nigro-spinulosæ. Tarsi omnes simplices, nudi.

12. *Rh. longiseta* Zett. II. p. 471. ♂♀, VIII. 3062. ♂♀, & XI. 4275.

13. *Rh. flavipalpe* Zett. II. p. 472. vide *Thinophilus flavipalpis*.

14. *Rh. discolor* Zett. II. p. 473. ♀.

15. *Rh. maculicorne* Zett. II. p. 474. ♀. vide *Thinophilus maculicornis*.

16. *Rh. thoracicum* Meig. Zett. II. p. 475. ♀, & VIII. 3063. ♀.

Duas feminas ad Rössjöholm Scan. Jun. 1858 legit *Thomson*. Inter rarissima Scandinaviæ insecta hoc numeratur.

♀. Thorax dorso chalybeus, limbo laterali & postico viridi. Femora postica superne macula obscura. Variat magnitudine $1\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$ lin. longum. Reliqua ut in Dipt. Scand.

17. *Rh. hamatum* Zett. II. p. 475. ♂♀, VIII. 3063, XI. 4275, & XII. 4618. — *Porphyrops pallipes* Gray, Brit. Mus. 3. p. 654.

Var. b. ♂. II. p. 476, & XII. 4618.

Var. c. ♂. II. p. 476, & VIII. 3063.

Var. d. ♀. II. p. 476, VIII. 3063, & XII. 4618.

Var. e. ♂. VIII. p. 3063.

Lundæ in foliis horti mei ad aquam d. 16 Jul. 1856, parce.

17—18. *Rh. pygmaeum* Zett. XII. p. 4618. ♂♀.

18. *Rh. punctatum* Stæg. II. p. 477. ♂♀, & VIII. 3063. ♂♀.

*18—19. *Rh. pusillum* Zett. n. sp.: obscure viride, nitidum, fronte cyanea; epistomate —? antennis nigris; alis subfuscanis, nervis longitudinal. 3 & 4 parallelis; squamis subalaribus minutis halteribusque flavis; pedibus simplicibus flavis, coxis posterioribus cinereis, femoribus anticis basi, posticis linea superna tarsisque omnibus nigricantibus; ano non appendiculato. ♂. (Long. $\frac{3}{4}$ lin.).

Hab. in Scania, ubi ad Lindholmen d. 23 Jun. 1856 individuum unicum masculum invenit *Roth*.

♂. Simile quodammodo *Rh. pygmæo* (n:o 17—18), & *aculeato* (20), sed a posteriore metatarsis posticis non armatis, & a priore colore corporis partiumque alio & ano absque appendicibus exsertis, mox distinguitur. — Minutum, niti-

dum. Frons cyanea. Antennæ nigræ capite saltem dimidio longiores, seta circiter longitudine antennæ. Epistoma & os (in specimine viso) corrugata. Thorax obscure viridis, vix lineatus, nitidus, dorso nigro-pilosulus. Pleuræ antice virescentes, postice glauco-schistaceæ. Abdomen cylindricum, nitidum, viride, dorso in medio cupreo-maculatum. Anus obtusus, appendicibus nullis. — Alæ fuscanæ, nervis 3 & 4 longitudin. parallelis, illo paullo ante, & hoc in apice alæ excurrentibus; transverso medio in medio alæ sito. Pedes pallide flavi, coxis anticis præsertim latere antico albo-micantibus, basi anguste & inæqualiter cinerascentibus, posterioribus totis cinereis. Femora antica a basi & ultra medium nigra, subtus basi pilis 3—4 nigris munita; postica supra a medio ad apicem infuscata, tota subnuda. Tibiæ anticæ subnudæ, posteriores extus parce spinulosæ. Tarsi omnes nudi & inermes.

19. *Rh. denticulatum* Zett. II. p. 478. ♂.

*19—20. *Rh. pumilio* Zett. n. sp.: obscure viride, nitidum, fronte cyanea; epistomate palpisque albis; antennis nigris; alis subfuscanis, nervis longitudinal. 3 & 4 parallelis; squamis subalaribus minutis halteribusque flavis; pedibus simplicibus flavis, coxis omnibus concoloribus, tarsis apice fuscis. ♀. (Long. $\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Scania ad Lindholmen, ubi femina unica d. 25 Jun. 1856 a D. *Roth* detecta.

♀. *Rh. pusillo* affine & valde simile, & forsan ejus femina, sed differt ab illo magnitudine adhuc minore, pedibus cum coxis totis flavis, ut & antennis multo minoribus &c. — Obscure viride, nitidum. Frons cyanea. Antennæ nigræ, capite duplo breviores, & seta antenna fere duplo longiore. Epistoma latiusculum, sub antennis virescens, apice niveum. Palpi albidi. Proboscis modice exserta, nigra. Thorax & pleuræ ut in *Rh. pusillo*. Abdomen subdepressum, obscure viride, unicolor. Alæ ut in *pusillo*. Pedes toti cum

coxis pallide flavi, tarsis solum apice subinfuscatis. Femora postica superne ad apicem parum vestigio umbræ fuscæ. Tibiæ omnes extus parcissime spinulosæ. Femora & tarsi nuda.

20. *Rh. aculeatum* Zett. II. p. 479. ♂.

21. *Rh. albifrons* Zett. II. p. 479. ♀.

22. *Rh. pallidum* Stenham. Zett. II. p. 480. ♂♀, & VIII. 3063.

---

31 Sp.

58. CHRYSOTUS Meig.

Subdiv. 1. Corpus obscure viride, femoribus sæpe viridibus.
sp. 1—9-10.

Subdiv. 2. Corpus læte aureo-viride, pedibus citrinis.
sp. 10—11.

1. *C. magnicornis* Zett. II. p. 481. ♂.

2. *C. viridulus* Fall. Zett. II. p. 482. ♂♀, & XII. 4619. — *Chrysotus neglectus* Gray, Brit. Mus. 3. p. 651.

(In Finland, ad Eriksberg, Prof. *Bonsdorff*).

3. *C. femoratus* Stæg. Zett. I. p. 483. ♂ (& ♀?).

4. *C. gramineus* Fall. Zett. II. p. 483. ♂♀, VIII. 3064, & XII. 4620.— *Chrysot. copiosus* Gray, Brit. Mus. 3. p. 651. var. — *Chrysot. nigripes* Gray, Brit. Mus. 3. p. 652. var.

(In Finlandia vulgaris, Prof. *Bonsdorff*).

5. *C. laesus* Wied. Zett. II. p. 485. ♂♀. VIII. 3064. ♀, & XII. 4620. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 652 (nec *lætus* Wiedem.).

(Ad Uskela Finl., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. XII. p. 4620.

5—6. *C. amplicornis* Zett. VIII. p. 3064. ♀.

6. *C. taeniomerus* Meig. Zett. II. p. 486. ♀, & VIII. 3065.

Var. b. ♂♀. II. p. 486.

7. *C. Rhaphioides* Zett. II. p. 486. ♀.

8. *C. obscuripes* Zett. II. p. 487. ♀, & VIII. 3065. ♀.

9. *C. pumilus* Meig. Zett. II. p. 487. ♀.

9—10. *C. signatus* Stæg. Zett. VIII. p. 3065. ♂.

9—10. *C. cilipes* Meig. Zett. XII. p. 4620. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 651.

In Scania ad Illstorp d. 17 Jul. 1858 ♂ unicus inventus, *Roth.*

10. *C. molliculus* Fall. Zett. II. p. 488. ♂♀, & XII. 4621.

11. *C. concinnus* Stæg. Zett. II. p. 489. ♂♀.

♂ in foliis Rhamni ad Räften prope Lund d. 10 Jul. 1858 rarissime, *Roth.*

Tarsorum ungues fusci.

---

14 Sp.

59. DIAPHORUS Meig.

1. *D. oculatus* Fall. Zett. II. p. 491. ♂♀, VIII. 3067. ♂♀, & XII. 4621. ♂. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 641.

In Scania quoque ad Lindholmen & villam Bökestad d. 21 Jun.—11 Jul. mares legit *Roth* (Ad Eriksberg Finl. ♂ raro, Mus. *Bonsdorff*).

2. *D. obscurellus* Zett. II. p. 492. ♂.
(In Finland. ♂ parce visus, Mus. *Bonsdorff*).

2 Sp.

60. DOLICHOPUS Latr.

Tribus Prima. Epistoma subparallelum. Os subretractum. Antennarum apex acutiusculus.

Sect. 1. Virescentes aut æneseentes, raro nigricantes.

A. Metatarsus posticus spinosus. Anus ♂ lamellatus l. squamiferus.

†. Masculorum squamæ caudales albæ l. albidæ.

*). Alarum nervus 4:tus longitud. obtuse angulatus.

Manipul. 1. Antennæ totæ nigræ.

Subdiv. 1. Pedes toti flavi.

a. Tarsi in utroque sexu simplices.
sp. 1—9-10.

b. Tarsi antici in maribus apice patellati.
sp. 10—11.

Subdiv. 2. Pedes toti l. maxima ex parte nigri.

a. Tarsi ♂ patellati aut pennati.
sp. 12—15.

b. Tarsi in utroque sexu simplices.
sp. 16—24.

Manipul. 2. Antennæ ex parte flavæ.

Pugill. 1. Antennar. articulus 1:mus niger, subtus flavus.

a). Antennæ saltem in ♂ capite transverso duplo longiores.
sp. 25—26.

b). Antennæ in ♂♀ capite transv. paullo longiores, aut illo fere breviores, aut ejus longitudine, &c.

α. Tarsi antici in ♂ elongati, apice patellati.
sp. 27—29.

β. Tarsi antici in utroque sexu simplices.
sp. 30—34-35.

Pugill. 2. Antennar. articulus 1:mus totus, l. ex maxima parte flavus. Etc.

α. α). Tarsi intermedii in ♂ ciliati, l. pennati, l. varie dilatati.
sp. 35—39.

β. β). Tarsi omnes in utroque sexu simplices. Etc.
sp. 40—47.

**). Alarum nervus 4:tus longitud. rectangulatim flexus.

Stirps 1:ma. Tarsi antici in ♂ articulis ultimis plumatis.
sp. 48.

Stirps 2:da. Tarsi in utroque sexu simplices. Etc.
sp. 49—51.

††. Masculorum squamæ caudales nigræ.
sp. 52—54-55.

B. Metatarsus posticus in utroque sexu subinermis. Etc.

Stirps 1:ma. Mares cauda longe inflexa, &c.

Phal. 1. Masculorum squamæ anales nigræ.

α. Tarsi postici articulis basalibus 1 & 2 subæque longis.

a). Seta antennarum pubescens.
sp. 55.

b). Seta antennarum nuda.
sp. 56—60-61.

β. Tarsi postici articulo 1:mo sequente breviore.
sp. 61—68-69.

Phal. 2. Masculorum squamæ anales pallidæ.

α. Cauda ♂ tota nigra. Tarsi smplices.
sp. 69—71-72.

β. Cauda ♂ saltem ex parte pallida, &c.
sp. 72—75-78.

Stirps 2:da. Mares ano bifilato; &c.

Phal. 1. Abdomen ♂ sæpius albo-sericeo-micans &c.
sp. 76—84.

Phal. 2. Corpus in ♂♀ obscurum, abdomine oblongo, subdepresso, immaculato. Etc.
sp. 85—87-89.

Phal. 3. Corpus subovatum, abdomine haud depresso, Etc.
sp. 88—95-96.

Phal. 4. Corpus obscurum, abdomine subcylindrico, Etc.
sp. 96.

Sect. 2. Pallescentes: &c.

a). Cauda ♂ magna, incrassata, &c.
sp. 97—101.

b). Anus ♂ breviter bifilatus, &c.
sp. 102—106.

Tribus Secunda. Epistoma inæque latum seu versus partem inferam sensim latius. Os subdescendens. Antennarum apex obtusus.
sp. 107—109.

1. *D. Mannerheimi* Zett. II. p. 500. ♂♀, & VIII. 3075. ♂♀.

2. *D. ungulatus* Fabr. Zett. II. p 501 ♂♀, VIII. 3075, & XII. 4622. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 658, ubi plures Auctores citantur (exclus. saltem syn. Linn.) Var. d. & e. specimina ex Alten & Hammerfest Finmarkiæ.

(In Finland. ad Eriksberg &c. freq., Mus. *Bonsdorff*).

3. *D. latipennis* Fall. Zett. II p. 503. ♂♀, VIII. 3076. ♂♀, & XII. 4622.

♂ ad Lund jam d. 3 Jul. invent., Mus. Lundens.

Var. b. ♂♀, II. p. 504.

4. *D. nubilus* Meig. Zett. II. p. 505. ♂♀, VIII. 3076. ♂♀, & XI. 4275.

In Scan. ad Lund. mens. Jul. ♂, *Thomson.*

4—5. *D. latilimbatus* Macq.? Wahlb. Zett. XI. p. 4275. ♂♀, & XII. 4622. ♂♀.

5. *D. notabilis* Zett. II. p. 506. ♂, VIII. 3076. ♀, XI. 4276. ♂♀, & XII. 4622.

♂. Lundæ in horto proprio d. 9 Jul. 1857, semel; in fol. Sambuci ad Illstorp d. 4—10 Jul. 1858 tres mares, *Roth.*

Antennarum articulus ultimus apice subacutus, sed non acuminatus.

Var. b. ♀. XII. p. 4623.

6. *D. festinans* Zett. II. p. 507. ♂♀, VIII. 3076. ♂♀, & XI. 4276, var.

(Prope Helsingfors Finland. raro, *Mäklin,* teste Prof. *Bonsdorff).*

Var. b. ♂. II. p. 508.

7. *D. Stægeri* Zett. II. p. 508. ♂♀, VIII. 3076. ♂♀, XI. 4277, & XII. 4623.

In Scania quoque ad Ringsjön d. 24 Jun. ♂♀, Mus. Acad. Lund., & ♂ ad Fogelsång d. 1 Jul., *Roth.* — Occurrit igitur hæc species per totam Scandinaviam, & quoque ad Berolin. German. & Eriksberg Finl. capta.

Macula superna fusca ad apicem femorum posticorum interdum obsoleta vel fere nulla.

7—8. *D. litorellus* Zett. XI. p. 4277. ♂♀, & XII. 4623.

8. *D. fuscimanus* Zett. II. p. 510. ♂, & VIII. 3076.

8—9. *D. Zetterstedti* Stenhamm. Zett. XI. p. 4277. ♂.

9. *D. fraterculus* Zett. II. p. 510. ♂, & VIII. 3076. ♂♀.

9—10. *D. micropygus* Wahlb. Zett. XI. p. 4278. ♂♀.

10. *D. brevipennis* Meig. Zett. II. p. 511. ♂♀, VIII. 3077. ♂♀, & XII. 4623. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 659. — (In Finlandia ad Åbo &c., Mus. *Bonsdorff*).

11. *D. migrans* Zett. II. p. 512. ♂♀, VIII. 3077. ♂♀, XI. 4280. ♂, & XII. 4624.

(In Finlandia ♂♀, Mus. *Bonsdorff*).

12. *D. melanopus* Meig. Zett. II. p. 514. ♂, & VIII. 3077. ♂♀.

13. *D. nigripes* Fall. Zett. II. p. 515. ♂♀, VIII. 3077. ♂♀, & XII. ♂♀.

14. *D. planitarsis* Fall. Zett. II. p. 516. ♂♀, VIII. 3078. ♀, & XII. 4624. ♂♀.

In Scania quoque ad Ringsjön d. 27 Jun.—2 Jul. ♂, *Thomson*, & uterque sexus ad Lindholmen d. 29—31 Maj., *Roth*. (In Finlandia non raro, *Bonsdorff*).

Femina supra plerumque æneo-colorata,

15. *D. remipes* Wahlb. Zett. II. 518. ♂(♀), VIII. 3078, XI. 4279, ♂, & XII. 4625.

(Ad Eriksberg Finl. 2 specim. feminea, Mus. *Bonsdorff*).

16. *D. Punctum* Meig. Zett. II. p. 519. ♂, VIII. 3078, & XI. 4280. ♂♀.

17. *D. maculipennis* Zett. II. p. 520. ♂♀, & VIII.

3078. — *Dolich. atratus* Gray, Brit. Mus. 3. p. 657? (citat. Zett. Ins. Lapp.). (*)

In Scania ad Herrevadskloster ante medium mens. Junii 1855 ♂ a *Roth* rarissime inventus, iterumque in foliis Alni ad Rössjöholm d. 16 Jun. 1858 unicus mas unicaque femina ab eodem lecti; in Lapponia Umens. mares plures & feminas nonnullas ad Kattisafvan d. 14—16 Jun., ad Stensele d. 22—24 ejusdem, ut & ad Tärna & in alpibus adjacentibus mens. Jul. 1856 deprehendit *Holmgren.* (Ad Eriksberg Finl. 1 specimen, secund. *Bonsdorff*).

Ciliæ postoculares omnes (& superæ & inferæ) nigræ. Squamæ subalares & halteres flava, illæ nigro-ciliatæ. Tibiæ omnes nigro-spinosæ. Alarum plaga postica fusca in ♂ plerumque distincta, in ♀ fere semper valde obsoleta.

18. *D. Stenhammari* Zett. II. p. 521. ♂♀, & VIII. 3078. ♂♀.

In Lappon. Umens. ad Kattisafvan & Stensele d. 14—24 Jun. mares & feminæ freq., *Holmgren.*

♂. Epistoma modice latum. Ciliæ postoculares omnes nigræ. Alæ vitreæ, stigmate distincto, atro. Nervus longitudinal. 4:tus lenissime flexus, flexura immaculata; transversus parum infuscatus. Cauda non magna, circiter ad dimidium abdominis segmenti 4:ti sub ventre inflexa. Femora postica subtus sat longe, sed non dense nigro-pilosa. Metatarsi postici longi & articulo sequente nonnihil longiores. Cetera atque ♀ ut in Dipt. Scand. l. c.

(*) Quoniam hæc species a cel. *Grayo* l. c. tamquam ad "Hammerfest Finmarkiæ" Norvegicæ obvia nominatur, sine dubio quoque identica habenda cum nostris *Dolichopode maculipenni* Dipt. Scand. & *Dol. atrato* Ins. Lapp.; sed *Dolich. atratus* Meig. & Macq. certe alia est species, Fau-

18—19. *D. Ruthei* Löw. Zett. XI. p. 4280. ♂♀, & XII. 4625. ♂.

18—19. *D. armillatus* Wahlb. Zett. XI. p. 4282. ♂♀.

Unicum ♂ ad Tárna Lappon. mens. Jul. & alterum ad Stensele circa medium Aug. legit *Holmgren.*

♂. *Dol. Stenhammari* (18) affinis & similis, sed paullo major & vere distinctus. Epistoma nonnihil latius, quam in *Stenhammari*. Ciliæ postoculares omnes nigræ. Alæ hyalinæ, stigmate ad exitum nervi auxiliaris haud distincto, sed nervo costali crassiusculo, atro. Nervus longitudin. 4:tus nonnihil ante summum alæ apicem excurrens, lenissime flexus, flexura levissime subinfuscata; transversus ordinarius fuscedine etiam leniter cinctus. Cauda mediocris ad segmentum 3:tium sub ventre inflexa. Metatarsi postici eximie longi, longitudine ad minimum totius tibiæ, & articulo sequente saltem dimidio longiores. Reliqua atque ♀ ut in Dipt. Scand.

19. *D. picipes* Meig. Zett. II. p. 525. ♂♀, & XII. 4625. ♂♀. *Dol. plebeius* Gray, Brit. Mus. 3. p. 659?? ubi Zett. Ins. Lapp. citatur. (*)

In Scania ad Ringsjön & Rössjöholm locis humidis medio mensis Junii 1858 plura specimina mascula legit *Roth*; 2 mares & 1 femina ad Tärna Lappon. Jul., *Holmgren.* (Ad Uskela Finl. freq., Mus. *Bonsdorff*).

Tibiæ omnes sat fortiter spinosæ. Metatarsi postici articulo

---

næ Scand. peregrina, ut jam in *observationibus* Dipt. Scand. Tom. II. p. 521, & VIII. p. 3078 admonui.

(*) *Dol. plebejus* Zett. Ins. Lapp. nunc in Dipt. Scand. "*Dol. picipes* Meig. Stann." nuncupatur. *Dol. plebejus* vero Meigeni, ex speciminibus femineis ex Anglia a Doct. *Leach* communicatis, descriptus, aliud est insectum, in Scandinav. hactenus non repertum.

sequente parum longiores, sed paullo validiores & distincte spinosi. Spinula normalis ad apicem femorum posteriorum sæpe deest (detrita).

19—20. *D. consimilis* Wahlb. Zett. XI. p. 4282. ♂♀.

19—20. *D. atripes* Wahlb. Zett. XI. p. 4283. ♂♀, & XII. 4625. ♂♀.

♂ unicus in humidis ad Snäckestad in parœcia Ifö Scan. borealis d. 23 Jun. 1858, *Roth.*

20. *D. tibialis* Zett. II. p. 524. ♂♀, VIII. 3078. ♂, XI. 4284, & XII. 4626.

Ad Rössjöholm Scaniæ boreal. 4 mares d. 16 Jun. 1858 legit *Roth;* in Lappon. ad Tärna plures mares mens. Jul. deprehendit *Holmgren.* (Ad Eriksberg &c. Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

♂. Epistoma latitudine fere quadruplo longius, insigniter obscurum. Thorax antice lineolis 2 brunneis. Cauda longa, inflexa. Squamæ subalares nigro-ciliatæ halteresque flava. Metatarsi anteriores obscure testacei (non flavi). Tibiæ omnes extus spinosæ. Pedes postici toti nigri, metatarsis articulum sequentem longitudine parum superantibus, sed validioribus. Ceterum ut in Dipt. Scand.

20—21. *D. cruralis* Wahlb. Zett. XI. p. 4284. ♂♀, & XII. 4626.

Duo mares ad Ringsjön Scaniæ mense Jun. a *Roth* capti.

*20—22. *D. brachyurus* Zett. n. sp.: cupreus, nitidus; epistomate latitudine fere duplo longiore, albido: ciliis postocularibus superioribus, palpis, antennis vix longitudine capitis transversi, pedibusque nigris, horum anterioribus genubus, tibiis totis, metatarsisque testaceis, trochanteribus omnibus ferrugineis, femoribus

posticis unispinosis, subtus brevissime ciliatis; alis subhyalinis, stigmate nullo, nervo longitudin. 4:to obtuse geniculatim flexo fere in apice alæ excurrente; squamis subalaribus flavis, nigro-ciliatis. ♂. (Long. 2 lin.).

Hab. in Lapponia Umensi: ad Tärna mens. Julio 1856 a D. *Holmgren* rarissime inventus.

♂. Per magnitudinem, epistomatis latitudinem & colorem album, ciliarum postocularium, palporum antennarumque breviorum colorem nigrum, femorum posticorum unispinositatem, stigmatis in alis defectum, nec non caudæ parvitudinem in ♂, &c., cum *D. consimili* (19—20) & *crurali* (20—21) satis convenit; sed colore splendidiore, pictura pedum, ut & nervi longitudin. 4:ti exitu proprius ad apicem alæ, mihi diversus videtur. — Antennarum articulus ultimus ovalis, acutus, seta antenna paullo longiore, nuda. Frons viridis, nitidus, vertice setoso. Epistoma latitudine saltem dimidio longius, albo-cinereum (in specimine misso paullo læsum). Os nonnihil exsertum, organis cibariis nigris. Ciliæ postoculares superiores atræ, inferiores (versus os) albæ. Thorax supra aureo-viridis, splendidus, nigro-setosus, antice lineolis 2 ferrugineis. Pleuræ schistaceæ, maculis virentibus. Scutellum viride. Abdominis dorsum cupreum, nitidum, incisuris nigris. Cauda parva, ad segmentum 4:tum sub ventre inflexa, nigra, apice nitida, lamellis minoribus, rotundatis, flavis, apice sat late nigro-marginatis, modice nigro-ciliatis, ciliis apicalibus uncinatis. Alæ cinereo hyalinæ, ad costam lenissime subfumatæ, stigmate vix ullo, sed nervo costali distincto, atro. Nervi: longitudinalis 4:tus fere in summo apice vel mox ante apicem alæ excurrens, obtuse geniculatus, geniculo leniter infuscato; transversus ordinarius etiam umbra fusca leviter cinctus. Squamæ subalares nigro-ciliatæ & halteres flava. Pedes simplices nigricantes, coxis omnibus schistaceo-nigris, anticis latere antico cano-micantibus. Trochanteres ferruginei — Femora antica nigra, apice ad $\frac{1}{5}$ testacea; intermedia ex magna parte te-

stacea l. sordide flava, superne a basi circiter ad medium indeterminate nigra; postica tota nigra, subtus brevissime nigro-ciliata. Tibiæ anteriores flavæ, posticæ basi sordide testaceæ, ab apice & fere ad medium indeterminate nigræ, omnes extus nigro-spinosæ. Tarsi nigri, anteriorum articulo 1:mo sordide testaceo, apice indeterminate nigro, metatarso postico articulo sequente vix longiore, sed paullo robustiore.

21. *D. geniculatus* Stann. Zett. II. p. 525. ♂ (♀). Feminam unicam ad Tärna Lappon. Jul. 1856 legit *Holmgren.*

♀. Epistoma latitudine vix duplo longius, album. Ciliæ postoculares omnes nigræ. Partes oris parum exsertæ, atræ. Abdominis cuprei incisuræ nigræ. Alæ cinereo-hyalinæ, ad costam omnium lenissime subfumatæ, stigmate nullo. Nervus longitudinalis 4:tus obtusissime geniculatus, paullulum tantum ante summum apicem alæ excurrens. Squamæ subalares nigro-ciliatæ halteresque flava. Coxæ omnes subschistaceæ. Femora omnia nigra, geniculis anteriorum summis flavis, posteriora ad apicem unisetosa. Tibiæ omnes flavidæ seu testaceæ, extus spinosæ, posticæ circiter ad tertiam partem indeterminate nigræ. Metatarsi anteriores flavidi, apice nigri. Tarsi postici toti nigri, articulo 1:mo longitudine sequentis, sed eo nonnihil validiore. Femora postica subtus brevissime & tenuissime nigro-ciliata. Reliqua ut in Dipt. Scand. l. c.

Obs. Verosimiliter species distincta & vix tantum individua juniora *Dol. tibialis,* cui licet valde affinis. — *Mas,* qualis a *Stannio* l. c. describatur ad Illstorp Scaniæ d. 10—27 Jul. 1858 cum femina supra allata a *Roth* inventus, hujus speciei videtur.

21—22. *D. tibiellus* Zett. II. p. 526. ♂, VIII. 3079. ♂♀, & XI. 4285. ♂♀.

22. *D. brachycerus* Zett. II. p. 526. ♀, & XI. 4286. ♀.

23. *D. dissimilipes* Zett. II. p. 527. ♂.

24. *D. lepidus* Zett. II. p. 527. ♀.

Obs. Putatur esse tantum ♀ *D. remipedis* n:o 15.

25. *D. longicornis* Stann. Zett. II. p. 529. ♂♀. VIII. 3079. ♂♀, & XII. 4626.

In Scania ad Illstorp d. 21 Jul. ♂. *Roth.* (♂♀ in Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*; in Alandia, D. *Moberg*).

Var. b. ♂. II. p. 530.

26. *D. acuticornis* Wied. Zett. II. p. 531. ♂♀. Var. b. ♂♀. II. p. 531, & VIII. 3079.

27. *D. claviger* Stann. Zett. II. p. 532. ♂♀, VIII. 3079, & XII. 4626.

♂ in Scania ad Lindholmen reinventus d. 14 Jul. 1856; idem sexus quoque ad Ringsjön d. 24 Jun. lectus, Mus. Lund. — Semper parce occurrit. (♂ ad Helsingfors rariss. *Bonsdorff*).

Spinulæ illæ 3 versus apicem femorum posteriorum facile deteruntur, relicta sæpe tantum una l. altera & interdum nulla. Reliquæ notæ stabiliores.

28. *D. discifer* Stann. Zett. II. p. 533. ♂♀, VIII. 3079, & XII. 4626.

In Scania: mares ad Rössjöholm d. 16 Jun. 1858 copiose in graminosis, feminaque ad Illstorp d. 22 Jul., *Roth*; & ♂♀ ad Ringsjön d. 24 Jul., Mus. Lund.: in Lappon. Umens. ad Tärna mens. Jul. 1856 ♀ rar., *Holmgren.* In Finland. non raro, *Bonsdorff*).

Ciliæ postoculares albæ, summæ (versus verticem) nigræ. Frons interdum aureo-viridis.

28—29. *D. discimanus* Wahlb. Zett. XII. p. 4626. ♂♀.

29. *D. confusus* Zett. II. p. 535. ♂♀, VIII. 3080. ♂, & XII. 4628. ♀.

30. *D. puncticornis* Zett. II. p. 536. ♂, & VIII. 3080. ♀ forte hujus.

In Scania duos mares deprehendit *Roth*, scilicet unum ad Illstorp d. 10 Jul. 1855, & alterum ad Lindholmen d. 5 Jul. 1856.

30—31. *D. grandicornis* Wahlb. Zett. XI. p. 4286. ♂.

30—31. *D. affinis* Wahlb. Zett. (*) XII. p. 4287. ♂.

30—31. *D. caligatus* Wahlb. Zett. XI. p. 4287. ♂♀.

(Ad Eriksberg Finl. 1 ♂ & 1 ♀, Mus. *Bonsdorff*).

31. *D. intermedius* Stæg. Zett. II. p. 537. ♂♀, VIII. 3080. ♂♀, & XI. 4288. ♂.

In Scania ad Ringsjön ♀ d. 24 Jun., Mus. Lund. (In Finland. ♂♀ freq., Mus. *Bonsdorff*).

32. *D. lineatocornis* Zett. II. p. 538. ♂, & XI. 4289. ♀.

*32—33. *D. consobrinus* Zett. n. sp.: obscure æneo-viridis, nitidus, fronte concolore, epistomate albo; antennis capite transverso parum longioribus, nigris, articulo 1:mo subtus ad apicem luteo; pedibus flavis, coxis anticis concoloribus, posterioribus fere ad apicem cinereis, tibiis posticis apice, tarsisque omnibus, nigris, metatarsis anterioribus sordide flavidis, femoribus subtus nudis; alis cinereo-hyalinis, nervo longitudinali 4:to leniter flexo, fere in apice alæ excurrente. ♂♀. (Long. circiter 1 ¾ lin.).

Mas: epistomate modice lato, albido; antennis capite fere

(*) *D. propinquus* ob rationem l. c. allatam.

paullo longioribus; squamis analibus pallidis anguste nigro-marginatis & nigro-ciliatis, apice subuncinatis; alis cinereo-hyalinis, linea stigmaticali breviuscula, atra;

Fem.: epistomate saltem dimidio latiore quam in ♂, sordide albido; antennis capite nonnihil brevioribus, articulo ultimo ovali; alis fumatis, linea stigmaticali nulla; in copula.

Hab. ad Törringe-lund prope Skabersjö Scaniæ, ubi par in copula junctum mense Jul. 1855 semel, atque eodem mense & anno marem unicum ad Lund, invenit Mag. *Thomson;* mares quoque nonnullos in Fogelsång & ad Illstorp Scan. d. 1—4 Jul. 1858 legit *Roth.*

♂♀. Tribus subproxime præcedentibus affinis & similis, eorumque etiam circiter magnitudine; sed a *D. puncticorni* (30) colore corporis paullo magis virescente, fronte concolore, vix e cœruleo micante, epistomate albido, nec ochraceo, & alarum nervo longitudinal. 4:to leniter flexo, nec subgeniculato; a *D. intermedio* (31) colore corporis æneo-virescente, nec aureo- vel cœrulescenti-viridi, tibiis posticis distincte atris, nec apice parum infuscatis, & femoribus posticis in utroque sexu subtus nudis, nec in ♂ subtus sat longe pallide ciliatis; & tandem a *D. lineatocorni* (32), colore æneo-viridi, nec aureo-viridi, epistomate albido, nec flavido, antennis in ♂ nonnihil longioribus, alarum stigmate in ♂ atro-lineato, nec nullo, præcipue dignoscitur. — Æneo-viridis, nitidus, thorace cupreo-subtrilineato. Ciliæ postoculares inferne albæ, superne nigræ. Pectus glauco-viride. — Abdomen in ♂ cupreum, incisuris nigris. Squamæ subalares pallidæ, nigro-ciliatæ. Tibiæ posticæ apice ad $\frac{1}{3}$ atræ.

Obs. Specimina in Fogelsång capta antennarum articulum 1:mum subtus paullo longius & latius flavum habent.

33. *D. pictus* Stæg. Zett. II. p. 539. ♂. 540. ♀, VIII. 3080. ♂♀, & XII. 4628.

Ad pagum Illstorp Scan. d. 18 Jul. individuum unicum femineum invenit *Roth.*

♀, qualis in Dipt. Scand. II. p. 540 descripta exstet, verosimiliter ad hanc speciem referenda, licet a mare epistomate latiore, ano simplici, alis immaculatis absque plaga apicali fusca, coxis anticis totis flavis, tibiis posticis ad 4:tam (nec ad 6:tam) partem nigris, & metatarsis posticis totis atris, nec basi flavis, discrepet.

33—34. *D. pictipennis* Wahlb. Zett. XI. p. 4289. ♂.

34. *D. trochanteratus* Zett. II. p. 540. ♀ & ♂, VIII. 3080. ♂♀, XI. 4290. ♂, & XII. 4628. ♂♀.

34- 35. *D. cinctipes* Wahlb. Zett. XI. p. 4290. ♂♀.

35. *D. pennitarsis* Fall. Zett. II. p. 541. ♂♀, VIII. 3080. ♂♀, XI. 4291, & XII. 4628. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 659. (Hammerfest Finmarkiæ).

(♂ & ♀ in Finland. copiose, Mus. *Bonsdorff*).

35—36. *D. pectinitarsis* Stenh. Zett. XI. p. 4291. ♂♀.

(Ad Eriksberg Finland. ♂ rariss., Mus. *Bonsdorff*).

36. *D. pennatus* Meig. Zett. II. p. 543. ♂♀, VIII. 3080. ♂♀, XI. 4292. ♂, & XII. 4629.

(In Finland. ad Helsingfors & Eriksberg ♂♀, Mus. *Bonsdorff*).

36—37. *D. argyrotarsis* Wahlb. Zett. XI. p. 4292. ♂, & XII. 4629.

37. *D. popularis* Wied. Zett. II. p. 545. ♂♀, VIII. 3081, XI. 4293, & XII. 4629. ♂. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 659.

In Scania meridionali ad Lund feminam parce legit *Thomson*, & ad Lindholmen, atque Rössjöholm, nec non in Hallandia ad Östra Karup d. 14—17 Jun. mares nonnullos deprehendit *Roth*.

38. *D. Wahlbergi* Zett. II. p. 546. ♂, XI. 4293. ♂♀, & XII. 4629.

(Ad Eriksberg Finland. specimen unicum, Prof. *Bonsdorff*).

39. *D. urbanus* Meig. Zett. II. p. 547. ♂♀, & VIII. 3081. ♂♀.

(Vulgaris in Finlandia, Prof. *Bonsdorff*).

40. *D. cilifemoratus* Macq. Zett. II. p. 548. ♂♀, VIII. 3081, & XII. 4629.

(Specimen unicum ad Eriksberg Finland. captum a Prof. *Bonsdorff*).

41. *D. Macqvarti* Stæg. Zett. II. p. 550. ♂♀, & VIII. 3081.

42. *D. Arbustorum* Stann. Zett. II. p. 551. ♂, & VIII. 3081.

43. *D. simplex* Meig. Zett. II. p. 552. ♂♀, VIII. 381, & XII. 4629.

Plures mares ad Lund in graminosis horti proprii ad aquam d. 15—18 Jul. 1856 inveni.

(In parœc. Uskela Finl. ♂♀, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂. II. p. 552, VIII. 3081, & XII. 4629.

In Scania etiam ad Fogelsång d. 17 Jun. ♂, Mus. Lundense.

Var. c. ♂♀. II. p. 552.

Var. d. ♂. II. p. 552, & XII. 4630.

(Etiam in Finland, Mus. *Bonsdorff*).

Var. e. ♀. II. p. 553.

(Ad Helsingfors Finl., Mus. *Bonsdorff*).

Var. f. ♀. II. p. 553.

(In Finland., Mus. *Bonsdorff*).

43—44. *D. agilis* Meig.? Stann. Zett. VIII. p. 3081. ♂♀, & XI. 4294.

Obs. Vix Sueciæ incola, sed *Dol. parvulo* n:o 46 potius subjiciendus.

43—44. *D. modestus* Wahlb Zett. XI. p. 4293. ♂.

*43—45. *D. atritibialis* Zett. n. sp.: viridis, nitidus, fronte cyanea, epistomate argenteo; antennis longitudine capitis transversi, fulvis, articulo ultimo superne & apice nigro; pedibus flavis, coxis posterioribus cinereis, apice pallidis, tibiis tarsisque posticis atris, tarsis anterioribus apice nigris; alis cinereo-hyalinis, stigmate nullo, nervo longitudinali 4:to leniter flexo. ♂. (Long. saltem $1\frac{3}{4}$ lin.).

Hab. in Scania rarissime: ♂ unicus in Fogelsång d. 17 Jun. 1855 detectus, Mus. Acad. Lundense.

♂. Similis *D. simplici* (43) & *agili* seu *parvulo* (43—44), ab illo vero colore corporis obscure viridi, nec aureo-viridi, ab hoc alarum stigmate nullo, & ab ambobus epistomate argenteo, antennarum articulo ultimo subtus flavo, & præcipue tibiis posticis totis nigris, nec non corpore nonnihil robustiore. — Frons viridi-cyanea. Antennæ fulvæ, articulo ultimo superne oblique & apice nigro. Epistoma modice latum, argenteum. Palpi rufescentes. Thorax dorso obsolete ferrugineo-vittatus, nigro-setosus. Pleuræ schistaceæ. Abdomen supra aureo-viride. Squamæ anales pallidæ, apice nigro-marginatæ & nigro-ciliatæ. Ala ut in *D. simplici*, sed nervus longitudinal. 4:tus fere adhuc magis leniter flexus. Squamæ subalares & halteres flava, illæ nigro-ciliatæ. Pedes pallide flavi, coxis anticis totis concoloribus, antice certo situ albo-micantibus, posterioribus cinereis, apice cum trochanteribus pallidis. Femora omnia subtus nuda. Tibiæ nigro-spinosæ, posticæ nigræ, basi parum dilutiores vel obscure testaceæ. Tarsi anteriores flavi, articulis 3 ultimis fuscis, posterioribus atris.

44. *D. parvicaudatus* Zett. II. p. 554. ♂.

45. *D. inconspicuus* Zett. II. p. 554. ♀.

46. *D. parvulus* Zett. II. p. 555. ♀, XI. 4294. ♂♀, & XII. 4630.

♂ ad Lund Scan. mens. Jul. rarius inventus, *Thomson.*

47. *D. exiguus* Zett. II. p. 556. ♀.

48. *D. plumitarsis* Fall. Zett. II. p. 556. ♂♀, & XII. 4630. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 658.

49. *D. nitidus* Fall. Zett. II. p. 558. ♂♀, VIII. 3083. ♂, & XII. 4630. ♂♀.? — Gray, Brit. Mus. 3. p. 658 (*) (exclus. syn. Stæger.).

Mares in Scania etiam ad Söfdeborg (in ripa lacus) d. 24 Jul. 1858, ad Illstorp d. 5 Aug. & ad Lindholmen d. 27 Jun. legit *Roth.* In Scandinavia septentrionali mihi non obvia.

(Ad Eriksberg Finl. ♀ rar., Mus. *Bonsdorff*).

*Var. b. ♀. alarum genu nervi longitudinalis 4:ti non appendiculato.

Ad Ringsjön Scaniæ una cum varietate frequentiore a. d. 24 Jun., Mus. Lundense.

50. *D. griseipennis* Stann. Zett. II. p. 559. ♂♀, & VIII. 3083.

Var. b. ♂♀. II. p. 560.

Var. c. ♂♀. II. p. 560.

*50—51. *D. subrutilus* Zett. n. sp.: cupreus, nitidus, fronte concolore, epistomate suborichalceo (♂); antennis capite transverso sublongioribus, atris, articulo 1:mo subtus angulo apicali luteo-flavo; pedibus rufo-

---

(*) specimina ex Alten & Hammerfest Finmarkiæ Norvegicæ. !

flavis, coxis anticis macula basali, posterioribusque fere totis cinereis, tibiarum posticarum apice, tarsisque omnibus, nigris, metatarsis anterioribus flavidis; alis subcinerascenti-hyalinis, nervo longitudinali 4:to rectangulatim flexo, genu appendiculato. ♂. (Long. saltem $2\frac{1}{4}$ lin.).

Mas: epistomate modice lato, suborichalceo; antennis capite nonnihil longioribus, articulo ultimo magno, compresso-ovato, acuto; alarum stigmate brevi, atro; squamis analibus albis, apice rotundato, angustissime nigro-marginato, & nigro-ciliato, ciliis in ipso apice longioribus, uncinatis; femoribus posticis subtus in medio parcissime, sed longe fusco-pilosis.

Hab. in Scania rarissime: unicum marem mens. Jul. 1855 ad Lund detexit Mag. *Thomson.*

♂. Color corporis supra cupreus nitidus, antennæ longiusculæ, epistoma orichalceum, alarum nervi longitud. 4.ti genu appendiculatum, coxarum anticarum macula basalis cinerea, pilositas sub femoribus longa sed parcissima &c. speciem denotant. — *Dol. griscipenni* proximus & similis, sed epistomatis corporisque colore facile dignotus. Antennæ nigræ, articulo basali subtus ad apicem angulo distincte fulvescente. Epistoma orichalceum seu ochraceum, nitidum, sub antennis macula indeterminata sordide albida. Os non exsertum. Palpi parvi, flavi. Frons cupreo-viridis. Ciliæ postoculares albæ, superiores (versus verticem) nigræ. Thorax supra cupreo-rufus, nitidus, ad latera nigro-setosus. Pectus glaucum, pleurarum maculis cupreo-viridibus, nitidis. Abdomen viridi-cupreum, cauda inflexa magna ænea nitida, squamis apicalibus ut in diagnosi maris. Alarum stigma tantum in anastomosi nervorum atrum. Juxta basin alarum inter nervos longitudinales 2 & 3 punctum nigrum. Squamæ sub alis parvæ, flavæ, longe nigro-ciliatæ. Pedes rufo-flavi, coxis anticis concoloribus, antice ad basin macula cinerea. Coxæ posteriores cinereæ. Femora postica ad apicem spinula so-

litaria nigra & subtus a medio versus apicem pilis aliquot obscuris. Tibiæ omnes nigro-spinosæ & posticæ apice $\frac{1}{6}$ nigræ. Tarsi postici toti nigri, anteriores fusci l. nigricantes, metatarsis flavidis.

51. *D. Stannii* Zett. II. p. 560. ♂♀, VIII. 3083. ♂♀, & XI. 4295. ♂.

*Var. b. ♀ femoribus anticis in medio late nigricantibus.

In Westrogoth. ad Gothoburgum 1856 semel invenit D. *Malm.*

52. *D. campestris* Meig. Zett. II. p. 562. ♂♀, & XI. 4295.

In graminosis humidis ad Lindholmen Scan. d. 13 Aug. 1856, & ad Illstorp d. 5 Jul. 1858 duos mares legit *Roth.*

♂ variat 2 lin. & ultra longus atque thoracis dorso cupreo-nitente.

53. *D. fulgidus* Fall. ♂. — Zett. II. p. 563. ♂♀, & VIII. 3083.

Species adhuc anceps. Alter ut distinctam considerat, alter pro varietate *D. campestris* habet. Individuum Fallenianum typicum jam vetustum & male conservatum. Specimen (specimina?) a Prof. *Wahlberg* in Wermlandia lectum & in Vet. Akad. Förhandlingar 1852 p. 187 relatum non vidi.

54. *D. ochripes* Zett. II. p. 564. ♂.

54—55. *D. apicalis* Stæg. Zett. VIII. p. 3084. ♂.

55. *D. nobilitatus* Linn. Zett. II. p. 565. ♂♀, VIII. 3085, & XII. 4630. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 657, ubi plura synonyma referuntur.

Var. b. VIII. p. 3085.

56. *D. Sahlbergi* Zett. II. p. 566. ♂♀, VIII. 3085, & XII. 4631.

In Lappon. Umensi mares plures & feminas nonnullas ad Stensele & Tärna Jul. Aug. 1856 collegit *Holmgren.*

Obs. Nervus longitudinal. 5:tus non usque ad marginem interiorem alæ extenditur.

57. *D. nigrilamellatus* Meig. Zett. II. p. 567. ♂♀.

*57—58. *D. albifrons* Zett. n. sp.: obscure viridis, subnitidus, fronte epistomateque albis; antennis capite paullo brevioribus proboscideque haud exserta atris; pedibus nigris, trochanteribus, geniculis tibiisque flavis; alis fuscanis, nervis longitudinalib. 3 & 4 subparallelis. ♂♀. (Long. $1\frac{3}{4}$—2 lin., raro minor).

Mas: epistomate angusto; antennis capite fere dimidio brevioribus, articulo ultimo breviter ovato vel rotundato; cauda inflexa, squamisque apicalibus brevibus subconvexis, & breviter nigro-ciliatis, appendiculis interioribus fuscis;

Fem.: epistomate duplo breviore; antennis capite duplo brevioribus, articulo ultimo suborbiculato; ano simplici.

Var. a. ♂♀. circiter 2 lin. longus.

Var. b. ♂♀. circiter $1\frac{1}{4}$ lin. longus.

Hab. ambæ varietates in humidis ad Ringsjön, Ifö, Rossjoholm & Lindholmen Scaniæ, ubi plura individua utriusque sexus d. 12 Jun. - 12 Jul. 1850—1858 invenit D. *Roth*, varietatem b. tamen rarius obviam.

♂♀. Species vere distincta. A proxime confinibus differt, nempe: a *D nigrilamellato* (57), cui proximus, magnitudine paullo minore, alarum nervis longitudinalib. 3 & 4 versus apicem haud approximatis, trochanteribus tibiisque flavis, nec pedibus totis nigris &c.; a *D. nigriplanti* (58) fronte alba, antennis distincte brevioribus; a *D. nigripenni* magnitudine majore, colore frontis, ore subretracto, nec proboscide elongata &c.; & denique a *D. germano* (60) fronte alba, nec nigra, femoribus flavis, nec nigris &c. Ne-

que *Medeterus albiceps* Meig. Dipt. 4. p. 68. n:o 17. ♀, qui: "nigro-viridis; hypostomate fronteque antice niveis; pedibus nigricantibus, metatarso postico flavo; 1 lin. longus" describitur, identicus cum nostro *D. albifronte* esse videtur, nisi nostram varietatem b. talem existimarem. — Obscure viridis, nitidus. Frons alba, vertice nigro-setoso. Antennarum seta antenna duplo longior, puberula. Epistoma album. Proboscis parum extra os exserta, atra. Thoracis dorsum obsolete ferrugineo-bivittatum, nigro-pilosum. Pleuræ schistaceæ. Alæ subfumatæ, nervis 3 & 4 longitudinal. fere parallelis, hoc in summo apice alæ excurrente; transverso ordinario subinfuscato. Squamæ subalares parvæ, flavæ, nigro-ciliatæ. Halteres albi. Pedes simplices cum coxis nigri, trochanteribus, femorum apice tibiisque sordide flavis. Metatarsi anteriores fusci. Femora validiuscula & tarsi subnuda, inermia, illorum tantum apice unispinoso. Tibiæ nigro-spinosæ. — Var. b. vix differt, nisi magnitudine duplo minore & colore obscuriore.

58. *D. nigriplantis* Stann. Zett. II. p. 568. ♂♀, & VIII. 3085. ♀.

59. *D. nigripennis* Fall. Zett. II. p. 569. ♂♀, VIII. 3085. ♀, & XII. 4631. ♂♀.

60. *D. germanus* Wied. Zett. II. p. 570. ♂♀, VIII. 3085. ♂♀, XI. 4295. ♂♀, & XII. 4631.

In unico specimine masculo in Scania capto proboscidem nigram exsertam longitudine saltem dimidii capitis, pendulam observavi uti in *Dol. nigripenni* (59), a quo vero pedibus flavis dignoscitur. Palpi & epistoma quoque deprehenduntur nigra in nominato specimine *Dol. germani.* — (In Finlandia ad Eriksberg 2 exempla speciei genuinæ capta a Prof. *Bonsdorff*).

60—61. *D. Chærophylli* Meig. Zett. XI. p. 4295. ♂♀, & XII. 4631.

In floribus Pimpinellæ Saxifragæ in pinetis ad Lac-

kalanga Scan. d. 15 Jul. 1857 copiosissime reinventus, *Dahlbom* & ipse; ad Ullstorp Scan. d. 3–8 Jul. 1858. ♂, *Roth.*

61. *D. aerosus* Fall. Zett. II. p. 572. ♂♀, VIII. 3086. ♂♀, & XII. 4632. ♂♀.

(In Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

Magnitudine variat; interdum vix 1 lineam attingit.

62. *D. Dahlbomi* Zett. II. p. 573. ♂♀.

63. *D. assimilis* Stæg. Zett. II. p. 574. ♂♀, & VIII. 3086.

64. *D. obscuripennis* Zett. II. p. 575. ♂♀, & VIII. 3086. ♂.

65. *D. chrysozygus* Wied. Zett. II. p. 576. ♂♀, VIII. 3086. ♂♀, & XI. 4297.

66. *D. cupreus* Fall. Zett. II. p. 577. ♂♀, VIII. 3087, & XII. 4632.

In Ölandia ad Isgärde ♂, *Holmgren.*

67. *D. angustifrons* Stæg. Zett. II. p. 578. ♂♀, VIII. 3087, XI. 4297. ♀, & XII. 4632. ♂♀.

(In Scania ad Ringsjön & Ifö mense Jun. 1858. ♂♀, *Roth.* (♂♀ Kustö Finland., Mus. *Bonsdorff*).

68. *D. metallicus* Stann. Zett. II. p. 578. ♂♀, VIII. 3087, XI. 4297. ♂, & XII. 4633. ♀.

68–69. *D. Bohemani* Wahlb. Zett. XII. p. 4633. ♂♀.

69. *D. chalybeus* Wied. Zett. II. p. 580. ♂♀. VIII. 3087, & XI. 4297. ♂. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 658 (exclus. syn. Meig. & Macq.). — (In Finlandia ad Eriksberg semel, secundum *Bonsdorff*).

70. *D. crinipes* Stæg. Zett. II. p. 581. ♂♀, & VIII. 3087.

70–71. *D. Crinicauda* Zett. VIII. p. 3087. ♂

71. *D. celer* Meig. Zett. II. p. 582. ♂♀, VIII. 3088, & XI. 4297. ♂♀.

In Scania ad Ifö & Illstorp d. 23 Jun. & 4 Jul. 1858 ambo sexus, *Roth*; in Hallandia ad Östra Karup d. 14 Jun. ♂. parce.

71—72. *D. minimus* Zett. VIII. p. 3088. ♂♀.

72. *D. patellatus* Fall. Zett. II. p. 583. ♂♀, VIII. 3089. ♂, & XII. p. 4634. — *Sybistroma patellipes* Gray, Brit. Mus. 3. p. 657.?

73. *D. obscurellus* Fall. Zett. II. p. 584. ♂♀.

74. *D. ventralis* Fall. Zett. II. p. 585. ♀.

75. *D. gratiosus* Meig.? Zett. II. p. 586. ♀.

75—76. *D. misellus* Bohem. Zett. XII. p 4635. ♀.

*75—77. *D. Ruficauda* Zett. n. sp.: obscure æneus, subnitidus, fronte chalybea; antennis brevibus, seta longiuscula; pedibus pallide flavis, coxis posticis cinereis, tarsis apice fuscescentibus; alis cinereo-hyalinis, nervis: longitudinalibus 4:to in summo apice excurrente, 3:tioque subrectis, subparallelis, transverso in medio alæ ducto; cauda (maris) inflexa, ferruginea. ♂. (Long. circiter $\frac{2}{3}$ lin.).

Hab. in Scania rarissime: ad Lund d. 14 Aug. 1855 unicum marem detexit *Roth*.

♂. Valde similis feminæ *D. miselli* Boh., & ejus mas fortasse habendus; sed præter discrimen sexuale differt quoque magnitudine paullo minore, abdomine toto æneseente, nec ventre pallido, coxis tantum posticis (nec posterioribus) cinereis, nervis longitudinalibus 3 & 4 non exacte parallelis, ut & transverso fere centrali, nec mox pone medium alæ sito. — Caput cum antennis ut in *D. misello*, sed epistoma angustissimum, ob oculos infra antennas subcohærentes parum conspicuum. Thorax obscure æneus, supra parce ni-

gro-setulosus. Pleuræ schistaceæ. Abdomen cylindricum, æneum, incisuris obscurioribus; supra totum tenuiter cinereo-puberulum. Cauda inflexa, tota rufo-ferruginea, appendicibus rufis, nitidis. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis longitudinal. 3 & 4 non exactissime parallelis, sed horum 3:tio versus apicem ad 4.tum lenissime convergente. Nervus transversus ordinarius fere in centro vel potius ante, quam post medium alæ ductus. Pedes toti pallide flavi, coxis tantum posticis cinerascentibus. Tarsorum articuli 2 l. 3 ultimi fuscescentes. Tibiæ posteriores latere exteriori parce & breviter nigro-setulosæ.

*75—78. *D. Rothi* Zett. n. sp.: viridi-æneus, subnitidus, fronte subgrisescente; epistomate saltem apice albo; antennis parvis, flavis, articulo ultimo apice, setaque longiuscula tota, nigris; abdomine basi flavido; palpis ventreque pallidis; pedibus cum coxis pallide flavis, tarsis apice fuscescentibus; alis cinereis, nervis longitudinal. 3 & 4 non late remotis, versus apicem leniter convergentibus, transverso fere in medio alæ ducto; cauda maris inflexa, flava. ♂♀. (Long. ½ lin.).*

Hab. in Scania rarissime, scilicet in fenestra ad Lindholmen unicum marem unicamque feminam d. 15—21 Jul. 1856 detexit, iterumque in fenestra ad Illstorp d. 27 Jul. 1858 feminam legit oculatissimus noster *Roth*, cujus nomen quoque hoc modo juste servare volui.

*) Similis proxime præcedentium *D. misello* & *Ruficaudæ*, sed ab illo magnitudine fere duplo minore, pedum coxis omnibus flavis, nec posterioribus cinereis; ab hoc magnitudine etiam paullo minore, coxis flavis, nec posticis cinereis, ventre pallescente; & ab ambobus fronte aliter colorata, abdomine basi flavido-fasciato, distinctus. — Valde minutus. Frons griseo-ænea, Antennæ capite dimidio breviores, fla-

væ, articulo ultimo apice nigro, seta antenna duplo longiore nigra, microscopice puberula. Epistoma in ♂ ob oculos infra antennas cohærentes, vix conspiciendum, in ♀ paullo læsum apice prominente, in utroque sexu albo. Thorax in ♂ cupreus, in ♀ viridis, in ambobus supra nigro-pilosus. Scutellum concolor. Pleuræ schistaceæ. Abdomen viridi-æneum, dorso basi fasciis 2-flavis. Alarum nervus longitudinalis 4:tus in apice alæ excurrens. Squamæ subalares parvæ, pallide ciliatæ. Halteres flavi. Pedes simplices cum coxis pallide flavi & nudi. Tibiæ posteriores extus parce nigro-spinulosæ. Femora posteriora ad apicem unispinulosa. *Mas:* cauda inflexa segmento 1:mo nigro, deinde cum apparatu sexuali complicato ferruginea, stylo interiori elongato nigro. Ad apicem caudæ flavæ penicillus minutissimus (squamæ analis?) ater.

76. *D. diaphanus* Fabr. Zett. II. p. 587. ♂♀, VIII. 3089. ♀, & XII. 4635. ♂♀. — *Porphyrops* idem Gray, Brit. Mus. 3. p. 652.

(♂♀ in Finland. passim, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂. II. p. 589.

77. *D. leucocephalus* Meig. Zett. II. p. 589. ♂♀, & VIII. 3089.

In Scania ex. gr. ad Lindholmen uterque sexus & hujus & antecedentis *(D. diaphani)* speciei jam ad finem mens. Maji & sub toto Junio haud raro obvius, *Roth*; quoque in Westrogothia circa Gothoburgum ad finem Julii & initio Augusti a D. *Malm* captus. (In Finland. prope Åbo *Pippingsköld*, 2 exempl., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂. II. p. 590.

77—78. *D. confinis* Stæg. Zett. VIII. p. 3090. ♂♀, & XI. 4297.

78. *D. argentatus* Macq. Zett. II. p. 590. ♂ (& ♀), XI. 4297. ♀, & XII. 4636.

In Scania ad Lund mares d. 14—28 Jun. frequenter, Mus. Lund.; ad Lindholmen plura exempla mascula d. 19 Jun.—2 Jul. deprehendit *Roth.*

79. *D. argentinus* Meig. Zett. II. p. 591. ♂♀, & XII. 4636. — *Porphyrops* idem Gray, Brit. Mus. 3. p. 652.

Ad Lindholmen Scaniæ ambo sexus d. 2 Jul. 1856 parce observatus.

80. *D. argentellus* Zett. II. p. 592. ♂, VIII. 3091, ♂, & XII. 4636. ♂.

In Scania circa Lund plures mares d. 28 Jun.—2 Aug. inventi, Mus. Lundense.

81. *D. magnicornis* Zett. II. p. 593. ♂, ♀ p. 594, & VIII. 3091.

82. *D. elongatus* Zett. II. p. 594. ♂♀.

83. *D. vestitus* Wied. Zett. II. p. 595. ♂♀, VIII. 3091. ♂, & XII. 4636.

In Scania ad Lund, Lindholmen, Illstorp & Söfdeborg mense Julio copiose lectus & mares præsertim frequentes.

Ciliæ postoculares albidæ, alio luminis situ obscuræ videntur.

84. *D. auricollis* Meig. Zett. II. p. 596. ♂♀.

85. *D. Scambus* Fall. Zett. II. p. 598. ♂♀, VIII. 3091, & XII. 4637. — *Medeterus Scambus* Halid. Zool. Journ. 5. 357. 9. Gray, Brit. Mus. 3. p. 657.

(♂ & ♀ ad Eriksberg in parœc. Uskela Finland. nec non ad Kittilä d. 13—14 Maj 1856, freq., Mus. *Bonsdorff*).

86. ***D. curvipes*** Fall. Zett. II. p. 599. ♂♀, VIII. 3091. ♀, & XII. 4637. — *Medeter.* idem Gray, Brit. Mus. 3. p. 556.

(Ad Eriksberg Finland. semel, *Bonsdorff*).

*Var. b. ♀. similis var. a., sed femoribus anticis a basi & fere ultra medium nigricantibus. Alæ quoque magis pure hyalinæ seu vitreæ videntur.

In Scania ad diversor. Kjeflinge d. 11 Sept. 1856 semel captus.

Forte propria species, sed ♂ deest pro determinatione.

86—87. ***D. punctipennis*** Bohem. Zett. VIII. p. 3091. ♀.

87. ***D. femoralis*** Zett. II. p. 600. ♂ (& ♀?)

Lundæ in graminosis horti proprii juxta aquam unicum marem d. 23 Jul. 1856 inveni; specimen quoque masculum ad Illstorp Scan. d. 4 Jul. 1858 legit *Roth.*

(In Finlandia ♂ semel captus, Mus. *Bonsdorff*).

♂. Parvus, *D. curvipede* n:o 86 fere duplo minor. Coxæ omnes cinereæ, anticæ parum testaceæ. Pedum intermediorum femora subtus in medio & pone medium serie continua pilorum brevium nigrorum, & ante apicem etiam pilulis 4—6 quoque nigris, sed adhuc brevioribus & subtilioribus. Epistoma angustissimum, oculis sub antennis fere cohærentibus.

87—88. ***D. paradoxus*** Bohem. Zett. VIII. p. 3092. ♂♀.

87—88. ***D. armatus*** Stæg. Zett. VIII. p. 3093. ♂♀, & XII. 4637.

(In Finland. mares ad Eriksberg parce capti, Mus. *Bonsdorff*).

87—88. ***D. atomus*** Zett. VIII. p. 3094 ♀.

87—88. ***D. pusillus*** Meig. Zett. XI. p. 4298. ♂.

87—88. ***D. guttipennis*** Zett. XII. p. 4637. ♀.

*87-89. *D. albilabris* Zett. n. sp.: obscure olivaceus, subnitens, fronte nigra; epistomate angustissimo, nigricante, apice argenteo; antennis brevibus, nigris; pedibus fusco-testaceis, coxis obscuris, tarsis nigris; alis subhyalinis, nervis longitudinalib. 3:tio 4:toque pone transversum ordinarium parallelis. ♂? (Long. ½ lin.).

Hab. in Scania, ubi Lundæ in graminosis horti proprii in vicinitate aquæ specimen descriptum d. **17 Jul. 1856 inveni.**

♂? *Dol. pusillo* **XI.** p. 4298. n:o 87—88, affinis videtur, sed in variis diversus. *Dol. paradoxo* Bohem. Zett. VIII. p. 3092. 87 – 88 quoque subsimilis, sed pedibus fuscis, nec nigricantibus, alis impunctatis, nec nervo 4:to longitudinali puncto fusco notato, ut & halteribus testaceis, nec fuscis, &c. certe distinctus. A *D. angustifronte* II. p. 578 n:o 67, cujus staturam habet, per magnitudinem duplo minorem, frontem latiorem, epistoma angustius & obscurum, nec albidum, trochanteres nigros, nec flavos, nervum longitudin. 4:tum fere pone apicem, nec in summo apice alæ excurrentem, &c. facile dignoscitur. — Minutus. Obscure olivaceus, abdomine ænescente, subnitido. Frons opaca. Antennæ capite transverso nonnihil breviores, angustæ, articulo ultimo subacuto, seta dorsali elongata; totæ atræ. Epistoma valde angustum, obscurum, apice supra os latius, niveum. Os nigrum, palpis parvis, cinereo-micantibus. Thorax (in individuo viso) dorso nigro-pilosulus, vitta media virescente, nitida. Pleuræ schistaceæ. Abdomen depressum, ano (in hoc specimine) abscisso, unde sexus dubius. Alæ hyalinæ, nervis longitudinalibus 3 & 4 rectis, distincte remotis, parallelis, horum 4:to mox pone summum apicem alæ excurrente. Squamæ subalares minutæ flavæ, nigro-ciliatæ. Halteres flavidi. Pedes simplices, subnudi vel puberuli, tibiis posterioribus parce setulosis. Coxæ omnes, & femora antica subcrassiora, nigro-cinerea, hæc summo apice flavida. Femo-

ra posteriora & tibiæ omnes fusco-testacea. Tarsi omnes nigri, metatarsis posticis, articulo sequenti æque longis, a basi ad medium flavidis.

Obs. Propter anum, in specimine capto læsum, speciei nec locum verum in serie systematica, nec sexum certe determinare possum.

88. *D. pulicarius* Fall. Zett. II. p. 602. ♂♀, VIII. 3095, & XII. 4638. ♂♀. — *Porphyrops annulipes* Gray, Brit. Mus. 3. p. 653.

(In Finland. ad Eriksberg duo specimina, *Bonsdorff*).

Ciliæ postoculares superiores nigræ, inferiores albæ.

Var. b. ♂. II. p. 603.

*Var. c. ♀. femoribus posticis a medio & versus apicem superne linea nigra, thorace vix obscure vittato; in reliquis var. a. similis.

Lundæ in horto proprio d. 17—23 Jul. 1855 & 1856 deprehensa.

89. *D. brevicornis* Stæg. Zett. II. p. 603. ♂♀, VIII. 3095, XI. 4299. ♂♀, & XII. 4638.

In Westrogoth. circa Gothoburgum versus finem Julii & ineunte Augusto feminæ plures, *Malm.*

89—90. *D. nigritibialis* Zett. XII. p 4638. ♂.

90. *D. spinigerellus* Zett. II. p. 604. ♂♀, VIII. 3096. ♂♀, XI. 4299. ♂♀, & XII. 4639.

91. *D. articulatellus* Zett. II. p. 605. ♂♀, & VIII. 3096.

92. *D. pilosellus* Zett. II. p. 606. ♂.

Var. b. ♂. II. p. 606.

93. *D. pumilio* Zett. II. p. 606. ♂♀.

94. *D. picticornis* Zett. II. p. 607. ♂♀. & XI. 4299.

In graminosis horti proprii, Lundæ d. 16 Jul. 1856 ♂ raro a me captus; & alterum individuum ad Lindholmen Scan. d. 5 Jul. ejusdem anni a *Roth* lectum.

Mas pedibus gracilibus, flavis, tarsis nigris, epistomate (in vivo) sub antennis valde angusto ad os nonnihil latiore antennarumque angustarum & acutarum basi fulvis, ab affinibus facile dignoscitur. Frons subæneseens. Anus obtusus, filis vel cauda inflexa nullis.

95. *D. bifasciellus* Zett. II. p 608 ♂, & XII. 4639. ♂♀.

*95—96. *D. bicingulatus* Zett. n sp.: læte olivaceo virescens, subnitens, fronte concolore; epistomate albido; antennis capite fere brevioribus, flavidis, articulo ultimo superne infuscato; abdominis fasciis basalibus duabus flavis; pedibus pallide flavis, concoloribus, tarsis apice fuscis; alis subfuscanis. ♂. (Long. circ. $\frac{2}{3}$ vix 1 lin.).

Hab. in Scania meridionali hactenus rarissime observatus, scilicet var. a. ad Lund in horto proprio & in graminosis ad aquam d. 1 Aug. 1855 inveni, & var. b. etiam ad Lund d. 14 Aug. ejusdem anni deprehendit *Roth*.

Var. a. ♂. abdominis segmentis 2 & 3 flavo-fasciatis — Parvus, angustatus, *D bifasciello* (95) affinis & subsimilis, sed fronte griseo-virescente, nec cyanea, antennis ex maxima parte flavis, nec totis nigris, &c., vere distinctus. A *D. pulicario* (88), cui quoque accedit, antennarum colore pallido, nec nigro, pedibus cum coxis totis flavis, nec flavis fusco-maculatis, &c., mox dignoscitur. Antennæ testaceæ, articulo ultimo superne dilute fusco, seta dorsali antenna duplo longiore, nigra, puberula. Epistoma angustissimum. Os retractum; palpis pallescentibus. Oculi in vivo aureo virides. Thorax griseo vel læte olivaceo virescens, parum

nitidus, dorso nigro-pilosos. Scutellum concolor. Pectus læte schistaceum. Abdomen subcylindricum, viridi-æneum, segmentis 2 & 3 fascia luteo-flava, incisuris obscuris. Harum fasciarum 1:ma (in segmento 2:do) per maculam parvam viridem in medio baseos segmenti subinterrupta, sed 2:da (in segmento 3:tio) subintegra. Vestigium macularum flavarum lateralium in segmentis 1:mo & 4:to quoque observatur. Venter flavidus. Anus obscurus. Alæ lenissime subfuscanæ. Nervi ut in *D. pulicario* directi, scilicet 3 & 4 longitudinales non exacte paralleli, sed horum 4:tus leniter flexus in apice l. exactissime dictum mox ante summum apicem alæ excurrens, ibique cum costali conjungitur. Halteres & pedes cum coxis totis pallidissime flavi, tarsis 2 l. 3 ultimis fuscis. Pedum posticorum metatarsi articulo sequente paullo breviores. Tibiæ posteriores nigro-spinulosæ. Femora posteriora ante apicem etiam spinula solitaria tenui nigra minuta.

Var. b. ♂. abdominis segmentis 1 & 2 fere totis & 3 tio macula laterali flavis. — Caput, antennæ, thorax supra leniter subpruinosus, abdomen & pedes ut in var. a, sed abdominis segmenta 2 basalia fere tota & 3:tium ad latera utrinque, nec non venter totus, flava. Vestigium maculæ lateralis minoris in segmento 4:to quoque adest. Tibiæ posteriores in latere exteriore parce nigro-spinulosæ.

96. *D. tarsatus* Fall. Zett. II. p. 608, ♂♀, VIII. 3096, & XII. 4639. ♂.

(♂♀ in Finlandia passim, Mus. *Bonsdorff*).

♂♀. Ciliæ postoculares saltem superiores nigræ. Alar. nervus longitudinal. 4:tus parum curvatus, & exinde longitudinales 3 & 4 ad apicem alæ lenissime tantum convergentes. Ad epistoma feminæ latum, griseo-cinereum, apice subelevatum probe attendendum.

*Var. b. ♀. similis var. a., sed ventre tantum basi, nec toto, flavido.

In Lappon Umens. ad Stensele captam medio Aug. in unico specimine communicavit *Holmgren.*

97. *D. pallidus* Fall. Zett. II. p. 611. ♂♀.

Ambo sexus in silva Räften prope Lund d. 10—12 Jul. 1858, *Roth.*

98. *D. abdominalis* Fall. Zett. II. p. 612. ♂♀.

99. *D. suturalis* Fall. Zett. II. p. 613 ♂♀. & VIII. 3097.

In Scania ad Klinta prope Ringsjön mense Junio 1855 ♂♀, & ad Lindholmen d. 11 Jun. 1856 feminæ nonnullæ, *Roth.*

100. *D. Erichsoni* Zett. II. p. 613. ♂♀, & VIII. 3097. ♂♀.

Feminam unicam hujus speciei in trunco Fagi ad Lindholmen Scaniæ d. 27 Aug. & utrumque sexum in fol. fruticum ad Räften d. 10-16 Jul. 1858 invenit *Roth.* (Ad Kakkarais Finland. 2 feminæ, Mus. *Bonsdorff*).

Nota. Observanda quæ de hac specie afferuntur in Dipt. Scand. Tom. VIII. p. 3097.

101. *D. 4-fasciatus* Meig. Zett. II. p. 614. ♂♀ (ex parte), VIII. 3098. ♂♀, & XII. 4639.

Plures feminas in Scania meridionali ad Arrie mens. Jun. 1856 legit *Thomson*; in Scania vero boreali in trunco Quercus ad Glimakra d. 14 Jun. 1858 tres mares, & in foliis fruticum ad Nyteboda & Ifö d. 18—23 Jul. 1858 totidem feminas invenit *Roth.*

Obs. Lineolæ tres tenues, fuscæ in feminæ thoracis dorso sæpe sat perspicuæ. Nervi longitudinales 3 & 4 in apice alæ nonnihil magis distant in hac specie, quam in *D. Erichsoni.*

102. *D. aulicus* Meig. Zett. II. p. 615. ♂♀, & VIII. 3099. ♂♀. — *Porphyrops* idem Gray, Brit. Mus. 3. p. 653.

103. *D. tenellus* Fall. Zett. II. p. 616. ♂♀, VIII. 3099. XI. 4299. ♂♀, & XII. 4640. ♂♀.

104. *D. bicolorellus* Stæg. Zett. II. p. 617. ♂♀, VIII. 3099, & XII 4640.

105. *D. flavellus* Zett. II. p. 618. ♂♀, & VIII. 3100. ♂.

(Etiam e Finlandia feminam communicavit Prof. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. II. p. 618.

106. *D. flavicollis* Meig. Zett. II. p. 619. ♂♀, VIII. 3100, & XII. 4640.

107. *D. plumipes* Fall. Zett. II. p. 619. ♂♀, VIII. 3100, XI. 4299. ♂♀, & XII. 4640.

(Ad Helsingfors Finland. ♀ rar., Mus. *Bonsdorff*). Corpus, nisi detritum, parum nitidum.

Var. b. ♂. II. p. 621.

♂♀ ad lacum Silfåkra Scan. d. 24 Jul. 1858. *Roth.*

108. *D. notatus* Stann. Zett. II. p. 621. ♂. VIII. 3100. ♀, XI. 4299. ♂♀, & XII. 4640.

109. *D. insignis* Stann. Zett. II p. 622. & VIII. 3100. ♂.

---

151 Sp.

60—61. THINOPHILUS Wahlb.

1. *Th. flavipalpis* Zett. VIII p. 3101 ♂♀, & XII. 4641.

2. *Th. maculicornis* Zett. VIII. p. 3101. ♂♀, XI. 4299, & XII. 4641.

3. *Th. versutus* Walk. Zett. XII. p. 4641. ♂♀.

3 Sp.

61. PSILOPUS Megerl.

1. *Ps. tipularius* Fall. Zett. II. p. 623. ♂♀, VIII. 3105. & XII. 4643. — *Psilop. platypterus* Gray, Brit. Mus. 3. p. 641.

In Scania anno 1855 mensib. Jun. & Jul. non solum ad Klinta juxta Ringsjön, verum etiam ad Törringelund prope Skabersjö specimina utriusque sexus sat copiose collegit D. *Thomson.* (Ad Kakkarais Finl. 1♀, Mus. *Bonsdorff*).

Mas per alas latas & tarsorum anticorum picturam posticorumque proportionem quoad articulos mox a sequentibus distinguitur.

2. *Ps. Wiedemanni* Fall. Zett. II. p. 625. ♂♀, VIII. 3105. ♂♀, & XII. 4643. ♂.

In Scania campestri ad Arrie mens. Jun. ♂ raro, *Thomson*, ad Illstorp Jul. ♂♀ copiose, *Roth.*

3. *Ps. contristans* Wied. Zett. II. p. 627. ♂♀, VIII. 3106. ♂♀, XI. 4300. ♂♀, & XII. 4643. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 642.

In Scania quoque ad Lindholmen d. 5 Aug. ♂ rarissime, *Roth*; ad Illstorp ♂ & ♀ d. 16 Jul.

Var. ♂♀ abdomine incisuris tantum angustissime bruuneis, nec late brunneo-fasciatis, ad Illstorp.

4. *Ps. zonatulus* Zett. II. p. 628. ♀.

5. *Ps. lugens* Meig. Zett. II. p. 628. ♀, VIII. 3106 ♂, & XI. 4300. ♂. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 642.

6. *Ps. longulus* Fall. Zett. II. p. 629 ♂♀, & VIII. 3107. ♂.

Lundæ Scaniæ in graminosis umbrosis juxta aquam horti proprii d. 19—24 Jul. 1855 multa specimina utriusque sexus inveni; feminam quoque ad Ringsjön jam d. 27 Jun. legit *Roth.*

Oculi (in vivo) aureo-virides, in medio marginis antici (ante antennas) macula in ♂ violacea, in ♀ cuprea.

*7. *Ps. spiniger* Roth. n. sp.: thorace opaco, virescenti-griseo, fronte subangustata, albescente, epistomate angusto, albo; antennis flavis, articulo ultimo apice nigro; abdomine viridi, nitente, incisuris obsscuris; alis hyalinis, nervi longitudinalis 4:ti furca: ramulo inferiore fere ad summum marginem interiorem continuato, superiore angulatim in apice alæ excurrente ibique nervo 3:tio distincte incurvato sat approximato; pedibus simplicibus cum coxis & tarsis flavis, femoribus anticis subtus erecto-pilosis. ♂. (Long. circiter $1\frac{3}{4}$ lin.).

Ps. spiniger Roth in litt.

Hab. in Scania rarissime: in fol. Coryli ad Råften prope Lund d. 12 Jul. 1858 unicum marem deprehendit *Roth.*

♂. Per epistoma angustum, pedes simplices totos flavos, & femora antica subtus distincte plurisetosa ab affinibus nostris præcipue distinguitur. Differt etiam a Meigeni *Ps. obscuro* tarsorum anticorum articulo ultimo flavo, nec albo-micante, & a *Ps. crinipede*, cui sat similis videtur, alis hyalinis, nec brunnescentibus, tarsis flavis, nec fuscescentibus, thorace grisescente, nec cinerascente, ut & sexu. — Frons modice lata, sordide albida. Antennæ flavæ, articulo ultimo dimidio apicali nigro; seta antenna triplo longior, nigra. Epistoma angustum, album. Palpi perspicui, albi. Thorax dor-

so lineolis ferrugineis, obsoletis. Pleuræ schistaceæ. Scutellum virescens. Abdomen gracile, viride, nitens, incisuris obscure cupreis. Cauda nigra. Alæ latiusculæ, cinereæ. Pedes simplices, toti cum coxis flavi, tarsis gracilibus testaceis, anticis valde tenuibus, immaculatis, posterioribus articulo penultimo apice & ultimo toto fuscis. Femora antica subtus a basi & ultra medium pilis vel setulis crebris erectis pallidis munita.

7 Sp.

Fam. 13. SYRPHICI Fall.

62. CERIA Fabr.

1. *C. conopsoides* Linn. Zett. II. p. 631. ♂♀, VIII. 3107, XI. 4300, & XII. 4644. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 537.

(In Finland. D. D. *Mäklin* & *Malm*, Mus. *Bonsdorff*).

1 Sp.

63. CALLICERA Meig.

1. *C. aenea* Fabr. Zett. II. p. 632. ♂♀.

In floribus Spirææ Ulmariæ ad villam Torebo in insula Oroust Bahusiæ d. 15 Jul. 1857 feminam invenit D. *Malm*.

1 Sp.

64. CHRYSOTOXUM Meig.

*). Abdomen latum, ovatum l. ovale.
sp. 1—6.

**). Abdomen angustum, oblongum aut lineare.
sp. 7—8.

1. *Ch. marginatum* Meig. Zett. II. p. 633. ♂♀, VIII. 3108, & XII. 4644.

In foliis Spiraeæ Ulmariæ in insula Orousl Bahusiæ d. 26—27 Jun. 1857 utrumque sexum legit *Malm.* (Ad Eriksberg &c. Finland. ♀, Mus. *Bonsdorff*).

2. *Ch. fasciolatum* Meig. Zett. II. p. 644. ♂♀, VIII. 3108. ♂♀, & XI. 4300. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 541.

In alpibus ad Tärna Lappon. Umens. ♂ & ♀ Jul. 1856, *Holmgren.* (In Finland. passim, Prof. *Bonsdorff*).

Pedes in ♀ basi angustius nigri quam in ♂. — In speciminibus bene conservatis *Chr. fasciolati, intermedii* & *arcuati* adsunt in thoracis dorso lineolæ 2 approximatæ albæ, a capite ad medium dorsi ductæ.

3. *Ch. intermedium* Meig. Zett. II. p. 635. ♀, VIII. 3108. ♂♀, & XII. 4644. — Gray, Brit. Mus. p. 541.

In Scania boreali ad villas Nyteboda & Bokestad d. 16—21 Jun. 1858 in fruticibus 4 mares & 1 feminam legit *Roth.*

(Uterque sexus (mares frequentiores) ad Uguniemi *Niklander*, Wiborg *Mäklin*, Helsingfors *Pippingsköld*, & Eriksberg *Bonsdorff*, Mus. *Bonsdorff*).

4. *Ch. arcuatum* Linn. Zett. II. p. 636. ♂♀, XI. 4300, & XII. 4644. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 541, ubi plura synonyma referuntur.

Ad Gothoburgum ♂♀ freq., *Malm.* (Uterque sexus in Finlandia copiose, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. XII. p. 4644.

*Var. c. ♂. abdomine, præter cingulos 4 ordinari-

os flavos, etiam segmentorum 3 & 4 margine apicali in ♂ plerumque flavo. — Scania.

5. *Ch. elegans* Löw. Zett. II. p. 637. ♀, VIII. 3108. XI. 4300. ♂, & XII. 4644. ♀.

Marem unicum ad Gothoburgum 1856 invenit *Malm.*

6. *Ch. vernale* Löw. Zett. II. p. 637. ♂♀, VIII. 3108, & XII. 4645. ♂♀.

(In Finlandia raro, *Bonsdorff*).

Obs. Hæc species a *Chr. arcuato* (4) vix differt nisi per antennarum articulum medium ultimo fere duplo breviorem, femora anteriora basi (præsertim in ♀) nigra, ut & magnitudinem sæpe fere duplo minorem; nam macula alarum sub stigmate fusca interdum æque ac in *arcuato* adest, & curvatura nervi longitudinalis 4:ti in ambabus speciebus parum discrepat.

7. *Ch. bicinctum* Linn. Zett. II. p. 638. ♂♀, VIII. 3108, XI. 4300, & XII. 4645. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 541.

Quoque in Scania boreali ad Råby prope Christianstad mense Aug. 1855 a D. *Gadamer* deprehensum.

Var. b. ♂♀. II. p. 439, & XII. 4645. ♂.

Ambo sexus ad Gothoburgum, *Malm.* (In Finlandia cum var. a. freq., Mus. *Bonsdorff*).

8. *Ch. lineare* Zett. II. p. 639. ♂♀, & VIII. 3108.

---

8 Sp.

64-65. SPHECOMYIA Latr.

1. *Sph. vespiformis* Wahlb. Zett. XII. p. 4647. ♂♀.

(In Finlandia quoque ad Esbo, *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*, in quo specimina vidi & comparavi).

---

1 Sp.

65. MICRODON Meig.

1. *M. apiformis* Deg. Zett. II. p. 641. ♂♀, VIII. 3109. ♂, & XII. 4648. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 539, cum variis citationibus.

In Scania boreali ad Glimåkra d. 14 Jun. 1858 in fol. Betulæ ♂♀ in copula, *Roth.* (In Finlandia ♀ ad Tohmajärvi, cel. Prof. *Nordman*, & uterque sexus ad Kakkarais, Dom. *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. II. p. 641, VIII. 3109. ♂♀, & XII. 4648. ♀.

In Lappon. Umensi ad Tärna & Stensele Jul. Aug. 1856, duæ feminæ, *Holmgren.*

2. *M. mutabilis* Linn. Zett. II. p. 642. ♂♀, VIII. 3109. ♂♀, XI. 4300, & XII. 4648. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 539.

In Scania boreali ad Rössjöholm ♂ & ♀ in graminosis humidis d. 16 Jun. 1858, raro, *Roth.* (In Finlandia raro, Prof. *Bonsdorff*).

---

2 Sp.

66. PSARUS Latr.

1. *Ps. abdominalis* Fabr. Zett. II. p. 643. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 543.

---

1 Sp.

67. SERICOMYIA Meig.

Subd. 1. Alarum fascia media abrupta, fusca. Etc. sp. 1—2.

Subd. 2. Alarum fascia fusca nulla. Etc. sp. 3—4.

1. *S. bombiformis* Fall. Zett. II. p. 644. ♂♀, VIII. 3110, & XII. 4648.

2. *S. mussitans* Fabr. Zett. II. p. 645. ♂♀, & XII. 4649. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 595.

Nonnullos mares in floribus Scabiosæ ad Lindholmen Scan. d. 3 Sept. 1856 legit *Roth.*

3. *S. borealis* Fall. Zett. II. p. 646. ♂♀, VIII. 3110. ♂, XI. 4301, & XII. 4649. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 594.

♂ & ♀ in insula Oroust Bahus. & ad Gothoburgum medio mens. Jul. 1857. *Malm.* (In Finland. non raro, Mus. *Bonsdorff*).

4. *S. lappona* Linn. Zett. II. p. 646. ♂♀. VIII. 3110, & XII. 4649. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 594.

In Scania ad Ringsjön & Rössjöholm d. 8—16 Jun. 1858 ambo sexus. *Roth*; ♂♀ ad Gothoburgum & in Bahusia medio mens. Jun. *Malm.* (In Finland. copiose. Mus. *Bonsdorff*).

---

4 Sp.

68. VOLUCELLA Geoffr.

A. Corpus dense hirsutum. Etc.
sp. 1—3

B. Corpus tenuiter pubescens. Etc.
sp. 4—5.

1. *V. plumata* Deg. Zett. II. p. 648. ♂♀, VIII. 3110. & XII. 4649. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 634.

Zeller, Ent. Zeit. Stett. 1842. 3. p. 65 (*). — Erichson, Ent. Zeit. Stett. 1842. 3. 113. (*).

---

* ubi non sine ratione contenditur *Volucellam plumatam* & *bombylantem* tantum esse varietates unius ejusdem spe-

In Westrogoth. ad Gothoburgum freq., *Malm*; individuum masculum hujus speciei cum alio feminco *Vol. bombylantis* (n:o 3) ad Illstorp Scan. medio mens Jul. 1855 in copula junctum semel deprehendit *Roth*.

Var. b. ♂. II. p. 649, & ♀. VIII. p. 3110. (Var. a. & b. in Finlandia abundantes, Mus. *Bonsdorff*).

Var. c. ♀. XII. p. 4649.

2. *V. haemorrhoidalis* Zett. II. p. 649. ♂♀. — *Volucella bombylans var. hæmorrhoidalis* Gray, Brit. Mus. 3. p. 634.

In Scania quoque ad Klinta prope Ringsjön d. 27 Jun.—2 Jul. etiam in copula parce invenit *Roth* (♂♀ ad Eriksberg Finland., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. II. p. 650.

3. *bombylans* Linn. Zett. II. p. 650. ♂♀, VIII. 3111, XI. 4301, & XII. 4649. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 634. — Zeller, Ent. Zeit. Stett. 1842. 3. p. 65. (*). — Erichson, Ent. Zeit, Stett. 1842. 3. 113. (*)

Ad Gothoburgum & in insula Oroust ambo sexus, *Malm*. (In Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. II. p. 651. (in Finland. rar., Mus. *Bonsdorff*).

4. *V. pellucens* Linn. Zett. II. p. 651. ♂♀, VIII. 3111, XI. 4301, & XII. 4650. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 634.

---

ciei. Repetitæ observationes in metamorphosin (præsertim educationem ex ovis), transitus copiosiores ex una ad alteram formam, & tandem copulationem individuorum, veritatem in posterum docebunt.

(*) vide notam prioris paginæ.

In Westrogoth. circa Gothoburgum quoque frequenter obvia, feminæ sæpe usque in Septembrem vigentes, D. *Malm.* (In Finland. copiose, Mus. *Bonsdorff*).

Scutellum in ♂ sæpe totum nigrum, nec piceum. Femina interdum variat abdominis fascia basali albida, subpellucida per lineolam fuscam rudimentariam, & numquam tam perspicuam ac in mare, interruptam.

5. *V. inanis* Linn. Zett. II. p. 652. ♂♀, VIII. 3111, & XI. 4301. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 635.

Ad Gothoburgum parcius lecta a D. *Malm*, qui feminam adhuc d. 1 Sept. invenit.

---

5 Sp.

69. SYRPHUS Fabr.

Subd. 1. Antennarum seta plumata. Etc.
sp. 1—6.
Subd. 2. Antennarum seta nuda.
*). Oculi marium in fronte contigui.
A. Oculi (♂♀) obscure bivittati. Etc.
sp. 7.
B. Oculi (♂♀) immaculati. Etc.
a). Oculi nudi. Etc.
sp. 8.
b). Oculi sæpissime hirti. Etc.
†. Alarum area costalis apice occlusa.
sp. 9—14.
††. Alarum area costalis apice aperta.
sp. 15.
**). Oculi marium in fronte paullo distantes.
sp. 16.

1. *S. intricarius* Linn. Zett. II. p. 654. ♂♀, VIII. 3112, XI. 4301, & XII. 4650. ♂♀. — *Eristalis intri-*

carius Gray, Brit. Mus. 3. p. 631. — *Musca fuscus* Harris, Expos. Engl. Ins. Tab. 10. O. 3. f. 3.

In Westrogothia vulgaris, *Malm.* (In Finland. copiose, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. II. p. 655.

In Scan. ad Lindholmen d. 10 Jun. 1856 raro, *Roth.* Ob hirsutiem totius corporis, ano albo excepto, atram, habitus varietatis b, a var. a. satis diversus apparet, licet notis essentialibus conveniant.

2. *S. flavicinctus* Fabr. Zett. II. p. 655. ♂♀, VIII. 3112, & XII. 4650. — *Eristalis horticola* Gray, Brit. Mus. 3. p. 632.

(In Finland. feminæ frequentes, Mus. *Bonsdorff*).

3. *S. piceus* Fall. Zett. II. p. 656. ♂♀, VIII. 3112. ♂♀, & XII. 4650. ♂♀. — *Eristalis Rupium* Gray, Brit. Mus. 3. p. 632.

In floribus Achilleæ Ptarmicæ & Spirææ Ulmariæ prope Lilla Edet Westrogothiæ mense Aug. vulgaris, & præsertim feminæ copiose occurrunt, D. *Malm*, qui etiam mecum specimina utriusque sexus benigne communicavit. (In Finlandia freq., Mus. *Bonsdorff*).

4. *S. Nemorum* Linn. Zett. II. p. 658. ♂♀, & XI. 4301. *Musca eadem* Kramer Diss. Ins. Dan. 1760. p. 28. — *Eristalis Nemorum* Gray, Brit. Mus. 3. p. 632. — *Musca Lyra* Harr. Expos. Engl. Ins. 42. Tab. 10. O. 3. f. 5.

In Westrogothiæ hortis ut ad Lilla Edet prope Götha elf individua plura utriusque sexus legit mecumque communicavit D. *Malm.* (♂♀ in Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

5. *S. Arbustorum* Linn. Zett. II. p 659. ♂♀, VIII.

3113, & XII. 4651. ♂♀. — *Eristalis Arbustorum* Gray, Brit. Mus. 3. p. 632.

(In Finland. ♂♀ copiose, Mus. *Bonsdorff*).

Obs. Individuum unicum femineum vidi, ad Illstorp Scan. d. 12 Jul. a D. *Roth* captum, femoribus posticis ut in *S. flavicincto* basi sat late flavis pictum, sed notæ characteristicæ: alæ immaculatæ & metatarsus posticus incrassatus, omnino ut in genuino *S. Arbustorum* manent.

6. *S. similis* Fall. Zett. II. p. 660. ♂♀, VIII. 3113. ♂, & XII. 4651. — *Eristalis similis* Gray, Brit. Mus. 3. p. 610.

In Scan. quoque ad Lindholmen d. 13 Maj. 1856 ♀ parce, *Roth*. (Ad Helsingfors Finland. ♀ raro, Mus. *Bonsdorff*, ad Åbo, *Malm*).

Var. b. ♂♀. XII. p. 4651.

7. *S. tenax* Linn. Zett. II. p. 661. ♂♀, XI. 4301, & XII. 4651. — *Eristalis tenax* Gray, Brit. Mus. 3. p. 610. cum variis synonymis allatis.

Feminæ hujus jam medio mens. Aprilis 1858 in horto meo visæ & individua plura autumno usque ad 9 Novembr. ad Gothoburgum observavit *Malm*. (♂♀ in Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀ II. p. 663, & VIII. 3113.

Var. c. ♂♀ II. p. 663, & VIII. 3113.

Ex hac variet. plura exempla feminea, ad Gothoburgum capta, a D. *Malm* 1856 obtinui.

8. *S. cimbiciformis* Fall. Zett. II. p. 663. ♂♀, VIII. 3113, & XII. 4652. ♂♀.

In floribus Ægopodii Podagrariæ ad Lindholmen Scaniæ d. 3 Sept. 1856 utrumque sexum invenit *Roth*.

9. *S. fraterculus* Zett. II. p. 664. ♀.

10. *S. nitidiventris* Zett. II. p. 665. ♀.

11. *S. apiformis* Fall. Zett. II. p. 665. ♂♀, VIII. 3113. ♂, & XI. 4302.

(Ad Helsingfors Finland. duæ feminæ repertæ, Mus. *Bonsdorff*).

12. *S. anthophorinus* Fall. Zett. II. p. 666. ♂♀, & XII. 4652. ♂. — *Eristalis anthophorinus* Gray, Brit. Mus. 3. p. 616.

(In Finlandia freq., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. II. p. 667.

In hac specie antennarum seta quidem a basi & fere ad medium pubescens, sed non plumata deprehenditur. Proboscidem in ♀ post mortem plerumque pendulam observavi.

13. *S. Cryptarum* Fabr. Zett. II. p. 667. ♂♀, VIII. 3113, & XII. 4652. — *Eristalis Cryptarum* Gray, Brit. Mus. 3. p. 615.

Etiam ad Gothoburgum ♂♀, *Malm.* (In Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

14. *S. aeneus* Fabr. Zett. II. p. 668. ♂♀, VIII. 3113. ♂♀, & XII. 4652. ♂♀. — *Eristalis æneus* Gray, Brit. Mus. 3. p. 610.

In Westrog. ad Gothoburgum ♂♀, *Malm.*

15. *S. floreus* Linn. Zett. II. p. 669. ♂♀, VIII. 3114. ♂♀, XI. 4302. ♂♀, & XII. 4652. — *Musca* eadem Kramer Diss. Ins. Dan. 1760. p. 28. — *Eristalis floreus* Gray, Brit. Mus. 3. p. 633.

(In Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. II. p. 669.

16. *S. sepulchralis* Linn. Zett. II. p. 670. ♂♀, VIII. 3114, & XI. 4302. — *Eristalis sepulcralis* Gray, Brit. Mus. 3. p. 609. — *Musca interpunctus* Harr. Ex.

59. Tab. 15. f. 11. — *Musca ater* Harr. Ex. 58. Tab. 15. f. 11. ♀.

Ad Gothoburgum copiose, *Malm.* (In Finland. vulgaris, Mus. *Bonsdorff*).

---

16 Sp.

70. CRIORHINA Hffmgg.

1. *Cr. regula* Fall. Zett. II. p. 672. ♂♀.

2. *Cr. asilica* Fall. Zett. II. p. 672. ♂♀, VIII. 3114, & XII. 4653. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 597.

9. *P. sylvaticus* Meig. Zett. III. p. 956. ♂♀, & VIII. 3206. ♂♀. — Walk. Ent. Mag. 2. 265. 3.— Gray, Brit. Mus. 3. p. 639.

In Scania ad Silfåkra, Kungsmarken, Rössjöholm, Ifö, Sjöbo, Lindholmen & pagum Illstorp d. 25 Jun. —Julio & 5 Aug. plures mares & nonnullas feminas legit *Roth*. (Ad Eriksberg Finland. raro, Mus. *Bonsdorff*; ad Uskela ♂ semel, *Mäklin*).

Colore corporis ænescente & directione nervorum in alis ab affinibus facile dignoscitur. Calli humerales albi.

10. *P. nigritulus* Zett. III. p. 957. ♂♀, VIII. 3206. ♂♀, & XI. 4312. ♂.

Ad Silfåkra, Illstorp, Lomma, Söldeborg & Lindholmen Scan. mense Julio & medio Aug. mares frequentes, feminæ parcius, capti, *Roth.*

11. *P. albitarsis* Zett. III. p. 958. ♂.

12. *P. rufipes* Meig. Zett. III. p. 959. ♂, & VIII. 3207. ♂♀.

In fol. fruticum ad Ringsjön Scan. d. 4—6 Jun. 1858 ♂ rarissime, *Roth.*

13. *P. hæmorrhoidalis* Zett. III. p. 959. ♀.

14. *P. fulvipes* Macq. Zett. III. p. 960. ♂♀.

Var. b. III. p. 961. — *Pipunc. maculatus* Walk. secundum Gray, Brit. Mus. 3. p. 639.

15. *P. flavipes* Meig. Zett. III. p. 961. ♂♀, & VIII. 3207. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 640. Walk. Ent. Mag. 2. 266. 4.

In humidis ad Ifö Scan. borealis d. 23 Jun. 1858 ♂ unicus, *Roth.* (In Finland. ad Kusamo semel, *Mäklin*, testante *Bonsdorff*).

Var. b. ♂. III. p. 962.

16. *P. varipes* Meig. Zett. III. p. 963. ♂♀, & VIII. 3207. ♀.

Ad Klinta prope Ringsjön Scan. d. 27 Jun.—2 Jul. ambo sexus, *Roth; in* fruticibus ad Fogelsång & Räften d. 1 & 10 Juli 1858 duo mares inventi.

17. *P. vittipes* Zett. III. p. 963. ♂♀.

Ad Stensele Lapp. medio Aug. 1856 ♀ reinventa, *Holmgren.*

18. *P fuscipes* Zett. III. p. 964. ♂, & XI. 4312.

(In Finlandia ad Wiborg, D. *Pipping*, semel ♂).

19. *P. ruralis* Meig. Zett. III. p. 965. ♂♀. — Walk. Ent. Mag. 2. 268. 8. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 640.

20. *P. obtusinervis* Zett. III. p. 965. ♂.

(♂ unicus ad Runsala Finland., *Mäklin*).

21. *P. opacus* Fall. Zett. III. p. 966. ♂♀.

22. *P. pilosus* Zett. III. p. 967. ♂♀, & VIII. 3208. ♀.

(In Finland. ad Eriksberg 3 mares, Mus. *Bonsdorff*).

Obs. In Tomo 3:tio p. 968. lin. 14. stat: nervi long. 4:ti, lege: nervi long. 2:di

23. *P. spurius* Fall. Zett. III. p. 968. ♂♀, VIII. 3208. ♂♀, & XI. 4312. ♂. *Pipunc. holosericeus* Meig. Dipt. Eur. 4. p. 24. 12. ♀ (non ♂) (*).

Var. b. ♂♀. III. p. 968.

Obs. Diagnosi hujus speciei adde:

oculis in cantho faciali in ♀ distincte facettatis.

---

24 Sp.

Fam. 19. OETRIDES Latr.

102. OESTRUS Linn.

Subd. 1. Alarum nervus 4:tus longit. perspicuus, &c. sp. 1—2.

(*) Ut in observatione sub hac specie in Tomo Tertio l. c. jam conjeci, certum est Meigeni *Pipunc. holosericeum* non esse propriam speciem, sed tantum alterum sexum *P. spurii.*

Subd. 2. Alarum nervus 4:tus longit. obsoletus. &c.
sp. 3—4.

1. *Oe. Ovis* Linn. Zett. III. p. 970. ♂♀. — Kramer Dissert. Insect. Dan. 1760. p. 28. — Don, Brit. Ins. 16. 19. 550. — *Cephalemyia Ovis* Guer. Icon. Regn. Anim. Ins. T. 101. f. 4. — *Oestrus pictus* Kellner, Ent. Zeit. Stett. 1847. p. 366. (larva) — Meig.?

2. *Oe. Trompe* Modeer. Zett. III. p. 972. ♂♀, & VIII. 3208. ♂♀. — Kellner, Ent. Zeit. Stett. 1847. p. 366. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 684.

(Hæc & sequens in Finland. Lappon., *Bonsdorff*).

3. *Oe. Tarandi* Linn. Zett. III. p. 973. ♂♀, & VIII. 3208. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 684. — *Oedemagena Tarandi* Guer. Icon. Regn. Anim. Ins. T. 101. f. 3.

4. *Oe. Bovis* Deg. Zett. III. p. 974. ♂♀, & XII. 4684. — Kramer. Diss. Ins. Dan. 1760. p. 28. — *Hypoderma Bovis* Guer. Icon. Regn. Anim. Ins. T. 101. f. 3.

(In Finland. ad Eriksberg non rar., Mus. *Bonsdorff*).

---

4 Sp.

103. GASTRUS Meig.

A. Alæ albido-hyalinæ, fusco-maculatæ.
sp. 1.

B. Alæ subhyalinæ, immaculatæ.

*). Nervulus transvers. ordinarius deest.
sp. 2—3.

**). Nervulus transvers. ordinarius adest.
sp. 4—7.

1. *G. Equi* Fabr. Zett. III. p. 976. ♂♀, VIII. 3209. ♂♀, & XII. 4684. ♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 685. cum pluribus synonymis allatis.

(In Finland. ad Eriksberg &c. vulgaris, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂. III. p. 976.

2. *G. Pecorum* Fabr. Zett. III. p. 977. ♀, & XI. 4312. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 686.

In floribus Pimpinellæ Saxifragæ in Pineto ad Lackalänga Scan. d. 15 Jul. 1857 unicum marem invenit Profess. *Dahlbom.*

3. *G. ferruginatus* Zett. III. p. 978. ♂.

4. *G. nasalis* Linn. Zett. III. p. 979. ♂♀, XI. 4312. ♂♀, & XII. 4684. ♂. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 686. — *Oestrus* idem Kramer Diss. Ins. Dan. 1760. p. 28.

E pupis in stercore equino ad Lindholmen Scan. captis ♂ (ano fulvo-villoso) die 25 Jul., & ♀ (ano albo-villoso) d. 7 Sept. 1856 egressi, observante *Roth*.

5. *G. salutaris* Clark. Zett. III. p. 980. ♂. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 686.

Ad pagum Illstorp Scaniæ d. 31 Jul. 1855 specimen unicum masculum deprehendit mecumque communicavit *Roth.*

6. *G. nigritus* Zett. III. p. 981. ♂.

7. *G. hæmorrhoidalis* Fabr. Zett. III. p. 981. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 687.

Ad Illstorp Scan. 1 ♀ d. 28 Jul. 1855, *Roth.*

(In Finlandia raro, secundum *Bonsdorff*).

---

7 Sp.

Fam. 20. HÆMATOMYZIDES Fall.

104. PROSENA Saint-Farg. & Serv.

1. *Pr. siberita* Fabr. Zett. III. p. 984. ♂♀, VIII. 3209. ♂♀, & XII. 4684. — Desv. Essai. Myod. 317. 1. *Stomoxys siberita* Curt. Brit. Ent. 665. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 681.

(In Finland. ad Wiborg, *Pipping*, teste *Bonsdorff*).

---

1 Sp.

105. STOMOXYS Geoffr.

A. Palpi breves, fere intra os occultati. Etc.
sp. 1.
B. Palpi elongati, etc.
sp. 2—3.

1. *St. calcitrans* Linn. Zett. III. p. 985. ♂♀, VIII. 3210, & XII. 4685. Desv. Myod. 386. 1. — Guer. Icon. Regn. Anim. Ins. T. 101. f. 8. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 681. — *Conops* ead. Kramer Diss. Ins. Dan. 1760. p. 29.

(In Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

2. *St. stimulans* Meig. Zett. III. p. 986. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 681.

(Ad Åbo & Uskela Finland. 2 mares totidemque feminæ, Mus. *Bonsdorff*; ad Ispois prope Åbo, Mag. *Pippingsköld*).

3. *St. irritans* Linn. Zett. III. p. 987. ♂♀. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 681. — *Hæmatobia geniculata* Desv. Essai. Myod. 388. 2.

(In parœc. Uskela ♂ & ♀ raro, *Mäklin*).

---

3 Sp.

106. SIPHONA Meig. (*)

1. *S. geniculata* Deg. Zett. III. p. 989. ♂♀, VIII. 3211. ♂♀, & XII. 4685. — Gray, Brit. Mus. 3. p. 680. (In Finland. ad Eriksberg &c. vulgaris, Mus. *Bonsdorff*).

Abdominis 1:mum segmentum in margine apicali setis 4, quarum 2 in medio & 1 laterali utrinque.

Var. b. ♂. III. p. 990, & VIII. 3213. *Siphon. flavifrons* Stæg. monogr. n:o 2.

♂ in Scania: ad Lindholmen d. 2 Jul. semel, & ad Illstorp d. 15 Jul., *Roth*.

Individua abdomine toto rufo-testaceo raro leguntur ut ad Söfdeborg d. 28 Jul.

(Var. c. ♂♀. III. p. 990, & VIII. 3213. ♀.)

Heic deleatur & sub *Siph. cristata* n:o 1—2 quæratur.

Var. d. ♂♀. III. p. 990.

Var. e. ♂♀. III. p. 990, XI. 4312, & XII. 4685.

(Var. f. ♀. III. p. 991, VIII. 3213 ♂, & XII. 4685. ♀ in *observatione*.)

Obs. varietas hæc ad *Siph. cristatam* etiam pertinet.

1—2. *S. cristata* Fabr. Stæg. Zett. XII. p. 4685. ♂♀.

♂. Lundæ in fruticibus horti mei d. 14 Jul. 1859.

*1—3. *S. palpina* Zett. n. sp.: grisea, epistomate flavido-albo; antennarum mediocrium basi, fronte, palpis ultra medium haustelli articuli 1:mi extensis, abdomine antice lateribus, pedibusque, flavis, antennarum

---

(*) Cfr Stægeri *Monographia Siphonarum* Daniæ in Tomo octavo Dipt. Scand. p. 3210—3213. breviter exposita.

articulo ultimo, haustello tarsisque nigris; abdominis segmento 1:mo absque setis dorsalibus. ♀. (Long. saltem 1½ lin.)

Hab. in Suecia meridionali hactenus rarissime observata; scilicet in Scania ad Lindholmen d. 21 Aug. 1856 ♀ unica inventa a laudabili *Roth.*

♀. Similis *S. cristatæ* (1—2), magnitudine vero paullulum majore, antennis forte nonnihil minoribus, capite magis flavido, palpis longioribus, etc., diversa. A *S. geniculata* (1) defectu setarum dorsalium in segmento abdominis 1:mo mox dignoscitur. — Frons flava, vitta media rufescente. Antennæ ut in *S. cristata.* Epistoma flavescenti-album, Palpi sat longi, paullo ultra medium haustelli nigri articuli 1:mi extensi (non vero ad apicem ejus producti), crassiusculi, nudi, apice non pilosuli, toti flavi l. fulvi. Thorax & scutellum grisea, hoc apice indeterminate testaceum. Pleuræ cinereæ. Abdomen griseum, segmento 1:mo toto, 2:doque ad latera flavis; segmentum 1:mum in medio baseos vitta inchoante brunnea, setis in medio dorsi nullis, sed ad latera utrinque unica. Alæ ut in *S. geniculata.* Squamæ subalares sordide albidæ. Pedes cum coxis flavi, tarsis atris.

2. *S. anomala* Stæg. Zett. VIII. p. 3213. ♂♀.

---

4 Sp.

Fam. 21. TACHINARIÆ Meig.

107. ECHINOMYIA Dumeril.

A. Palpi filiformes, intra os suboccultati.
sp. 1—7-8.

B. Palpi clavati, extra os breviter exserti.
sp. 8.

1. *Ech. grossa* Linn, Zett. III. p. 992. ♂♀, VIII. 3215, XI. 4312, & XII. 4686. ♂♀.

(In Finlandia pluribus locis, Mus. *Bonsdorff*).

2. *Ech. Marklini* Zett. III. p. 993. ♂♀, VIII. 3215, & XII. 4686.

In Lappon. Umens. ad Stensele medio Aug. 1 ♀, *Holmgren*. (Ad Kajana Finland. d. 18 Jul. ♀ semel, Mus. *Bonsdorff*).

3. *Ech. fera* Linn. Zett. III. p. 994. ♂♀, VIII. 3215. ♂♀, XI. 4312, & XII. 4686. ♂♀.

In Hallandia ad Östra Karup d. 14 Jun. 1857. 1 ♂, *Roth*. (In Finland. meridionali vulgaris, Mus. *Bonsdorff*).

Obs. In Tom. III:tio p. 994 lin. 5. pro: ad latera nudo; lege: ad latera inermi;

Var. b. ♂♀. III. p. 995, & XII. 4687. (♀ quoque ad Uskela Finland. a Prof. *Bonsdorff* lecta).

4. *Ech. Virgo* Meig. Zett. III. p. 995. ♀, VIII. 3215. ♀, & XII. 4687. ♀.

Obs. In Tom. III:tio p. 995, lin 13. exstat: ad latera nudo; lege: ad latera inermi;

5. *Ech. magnicornis* Zett. III. p. 996. ♂♀, VIII. 3215. ♂♀, & XII. 4687. ♂♀.

Feminam unicam in flor. Cratægi ad Ringsjön Scan. legit *Roth*, & alteram ad Gothoburgum versus finem mens. Julii cepit *Malm*; in Scania boreali ad Gualöf in Umbelliferis specimen femineum d. 9 Jun. 1859 quoque inventum. (Marem unicum in parœc. Uskela Finland. deprehendit Prof. *Bonsdorff*).

♀ tarsorum anticorum articulis 3 mediis manifeste dilatatis gaudet. Variat tarsis anterioribus totis nigris.

5—6. *Ech. tetramera* Zett. VIII. p. 3216. ♀.

6. *Ech. tessellata* Fabr. Zett. III. p. 997. ♂♀, VIII. 3217. ♂♀, & XII. 4688.

6—7. *Ech. aenea* Stæg. Zett. VIII. p. 3217. ♂.

7. *Ech. ferina* Wahlb. Zett. III. p. 998. ♂♀, VIII. 3217, & XII. 4688.

(Ad Eriksberg Finland. 1 ♀, Mus. *Bonsdorff*).

7—8. *Ech. alpina* Bohem. Zett. VIII. p. 3218. ♂ (& ♀).

8. *Ech. ferox* Panz. Zett. III. p. 999. ♀ (♂), VIII. 3218, & XII. 4688. ♂♀.

In campis arenosis ad Sjöbo Scan. d. 18 Aug. 1855 ♂ rarius, *Roth.* (In parœc. Uskela Finlandiæ ♀ semel, Prof. *Bonsdorff*).

Palpi magni, flavi. Antennar. articulus ultimus magnus, subquadratus. In masculis abdominis vitta dorsalis nigra in medio subinterrupta. — Similis *Echinom. Marklini* (n:o 2), sed antennarum palporumque magnitudine & forma abunde dignota.

---

11 Sp.

108. TACHINA Meig. (*)

Sect. 1:ma. Nigricantes 1, cinerascentes, &c.
Subd. 1. Seta antennarum sæpissime nuda.
Phalanx 1:ma. Oculi sæpissime nudi, &c.
Cohors 1. Nerv. 4:tus long. infra angulum continuatus, &c.

(*). In Tom III:tio p. 1005. lin. II stat: Frons ante oculos longe porrecta, lege: Frons ante oculos sæpissime longe porrecta (in *T. anomala* n:o 11—12 haud porrecta).

A. Palpi saltem apice flavescentes, &c.

a). Vibrissæ saltem inferne distintæ, &c.

sp. 1—2-3.

b). Vibrissæ nullæ aut inferne spuriæ, &c.

sp. 3—10.

B. Palpi sæpissime nigri.

* Vibrissæ nullæ aut spuriæ, &c.

†. Alarum nervi sæpissime inermes, &c.

sp. 11—13.

††. Alar. nervus 3:tius longit. setulosus.

sp. 14—15.

** Vibrissæ distinctæ. &c.

sp. 16—22.

Cohors 2. Nerv. 4:tus long. infra angulum non continuatus. &c.

Trib. 1. Antennæ longitudine epistomatis &c.

A. Palpi plerumque flavi &c.

Manipulus 1:mus. Vibrissæ nullæ aut spuriæ.

α. Pedes toti l. ex maxima parte nigri.

sp. 23—39.

β. Pedes rufo-flavi.

sp. 40—41-42.

Manipulus 2:dus. Vibrissæ distinctæ &c.

*). Pedes nigri. &c.

sp. 42—48.

**). Pedes flavi.

a. Nervus transvers. apicalis adest. &c.

sp. 49.

b. Nervus transvers. apicalis deest. &c.

sp. 50.

B. Palpi plerumque nigri l. nigricantes.

Decas 1. Nervi, excepto 3:tio basi setuloso, inermes.

†. Vibrissæ nullæ l. spuriæ.

*). Alar. nervus transversus apicalis præsens.

sp. 51—64.

**). Alar. nervus transvers. apicalis nullus.
sp. 65.

††. Vibrissæ distinctæ.
sp. 66—74.

Decas 2. Nervi longitudinales setulosi.
a. Nervi long. 3:tius, aut 1:mus & 3:tius, setulosi. &c.
sp. 75—78-79.

b. Nervi longitudinal. 1, 3 & 5 setulosi.
*). Nervus transversus apicalis completus.
sp. 79.
**). Nervus transversus apicalis nullus.
sp. 80.
Trib. 2. Antennæ epistomate breviores, etc.
sp. 81—83-84.

Phalanx 2:da. Oculi sæpissime hirti, &c.
Cohors 1. Nerv. 4:tus long. infra angulum continuatus, &c.
A. Femora rufa.
sp. 84.
B. Femora nigra.
α). Vibrissæ nullæ.
*. Palpi sæpissime flavi. &c.
sp. 85—90.

**. Palpi nigri, parvi, &c.
sp. 91—93.
β). Vibrissæ distinctæ.
sp. 94—94-95.

Cohors 2. Nerv. 4:tus long. infra angulum non continuatus, &c.
Trib. 1:ma. Nervus transvers. apicalis subflexus, &c.
A. Vibrissæ sæpissime nullæ,
†. Palpi plerumque flavi, &c.
*. Antennar. articulus ultimus 2:do duplo longior.
sp. 95—102.

**. Antennar. articulus ultimus 2:o sæpe triplo longior.
sp. 103—108.

††. Palpi sæpissime nigri.

a. Antennæ breviusculæ, &c.
sp. 109—114.

b. Antennæ longiusculæ, &c.
sp. 115—121.

B. Vibrissæ distinctæ. &c.

*). Palpi flavi.
sp. 122—125.

**). Palpi nigri.
sp. 126—126-127.

Trib. 2:da. Nervus transvers. apicalis sæpissime rectus.

α). Vibrissæ nullæ, aut tantum infernæ l. spuriæ, &c.

Decas 1:ma. Palpi saltem apice flavi.

†. Antennæ elongatæ.
sp. 127—133.

††. Antennæ breviusculæ.
sp. 134—136-137.

Decas 2:da Palpi nigri.

*. Antennæ elongatæ, &c.

a. Scutellum l. totum l. apice rufum. &c.
sp. 137—142.

b. Scutellum totum nigrum aut cinerascens.
sp. 143—155.

**. Antennæ breves.
sp. 156—156-157.

β). Vibrissæ distinctæ. &c.

*. Palpi flavi.
sp. 157—164.

**. Palpi nigri.
sp. 165—169.

Subd. 11. Seta antennar. brevissime puberula.

Cohors 1:ma. Oculi nudi. Vibrissæ vix ullæ.

A. Palpi sæpissime flavi.

*). Pedes flavi.
sp. 170—172.
**). Pedes nigri.
sp. 173—176-177.
B. Palpi nigri.
sp. 177—178-179.
Cohors 2:da. Oculi in plurimis hirti.
Tribus 1:ma. Palpi flavi.
sp. 179—182.
Tribus 2:da. Palpi nigri.
A. Alarum area ultima aperta.
a). Area in apice alæ subterminata.
†. Species nigræ, nitidæ.
sp. 183—186.
††. Species cinerascentes, opacæ.
sp. 187—190.
b). Area paullo ante apicem alæ terminata.
sp. 191.
B. Alarum area ultima occlusa, subpetiolata
sp. 192.
Sect. 2:da. Aureo-virides.
sp. 193—194.

1. *T. fasciata* Fall. Zett. III. p. 1013. ♂♀.

2. *T. flavescens* Meig. Zett. III. p. 1014. ♂♀.

In lapidibus soli expositis ad Kungsmarken Scaniæ d. 10 Jul. 1858 ♀ raro, *Roth.*

*2—3. *T. nitidiventris* Zett. n. sp.: nigra, capite, thoracis vittis 5 anticis abdominisque fasciis indeterminatis albido-micantibus; fronte nonnihil prominente, grisea, vitta media nigra; antennis linearibus pedibusque nigris; palpis obscure flavis; scutello ferrugineo; vibrissis abbreviatis; alarum nervo transverso or-

dinario obliquo, inflexo, area ultima occlusa. ♂. (Long. saltem 3 lin.)

Hab. in Scania septentrionali-occidentali rarissime, scilicet ad Torekow prope litus maris d. 13 Jun. 1857 ♂ semel, D. *Roth.*

♂. Affinis & similis *T. flavescenti* (2), sed magnitudine duplo minore, palpis obscurioribus, alarum area ultima occlusa, &c, sine dubio diversa. Similis etiam quodammodo *T. tinctæ* (20) & *vili* (22), a priore vero nervo transverso ordinario obliquo & inflexo (nec subperpendiculari & recto), paullo pone medium areæ ultimæ occlusæ (nec in medio) inserto, 4:to longitudinali infra angulum distincte (nec minus perspicue) continuato, &c.; a *T. vili* oculis nonnihil minoribus, serie setarum frontalium utrinque simplici (nec duplici) & paullo infra antennas continuata, alis hyalinis (nec subfumatis), &c, & ab ambabus magnitudine paullo minore, palpis flavidis, scutello ferrugineo, nervo longitudinali 3:tio basi parcius setuloso &c. vere distincta. Tandem a *T. spathulata* (21), cui etiam aliquanto accedit, per antennarum articulum ultimum linearem, nec cuneiformem, palpos flavos, nec nigros, ut & vibrissas abbreviatas, nec continuas, mox dignoscitur. — Frons paullo (non longe) prominula, modice lata, cinereo-grisea, opaca, vitta media latiuscula, nigra. Series setarum frontalium postice fortiorum, anterius breviorum & tenuiorum, undique utrinque simplex per setas 4 sat validas infra radicem antennarum continuatur. Antennæ epistomate tantum nonnihil breviores, incumbentes, lineares, nigræ, seta tri? articulata, vix ad medium incrassata, tota nuda. Epistoma modice longum, subperpendiculare, argenteo-albidum, ore leniter reflexo. Vibrissæ sensim decrescendo fere ad medium epistomatis adscendunt. Palpi lutei l. obscure flavi. Thorax in fundo niger, nitidus, antice vittis subquinis, indeterminate cinereis, humeralibus latioribus, mediis tenuissimis, vel si mavis, thorax antice cinereus,

vittis subquatuor nigris indeterminatis. Scutellum ferrugineum, ima basi nigricans. Abdomen oblongum, subcylindricum, nigrum, nitidum, segmentis 2, 3 & 4 basi fascia parum determinata sordide albida, per lineolam tenuem, nigram in medio interrupta, præterea segmentis 2 & 3 (in ♂) lateribus macula ferruginea obsoleta; totum sat dense nigro-pilosulum. Segmentum 1:mum breve & 2:dum in medio marginis apicalis bisetosa, 3:tium margine setis pluribus munitum, & 4:tum in disco margineque multisetosum; anus tuberculo parvo, subocculto; venter totus dense & sat longe nigropilosus. Alæ hyalinæ, basi infuscatæ. Nervi transversi: medius apice secundarii oppositus, fuscedine cinctus; ordinarius distincte pone medium ($\frac{2}{3}$) areæ ultimæ insertus, obliquus & inflexus; apicalis subrectus, tantum juxta basin leniter incurvus, evidenter ante apicem alæ in costa excurrens, ibique cum 3:tio longitudinali intime conjunctus. Nervi longitudinales: 4:tus infra angulum subrectum perspicue continuatus, 3:tius basi trisetulosus, area ultima occlusa, sed non petiolata. Spinula costæ parva. Squamæ subalares magnæ, albæ; halteres testacei, sub valvula inferiore fornicata tecti. Pedes simplices, setosi, nigri. Pulvilli (♂) sat magni, albi. Tarsorum articulus ultimus setis longitudine pulvillorum munitus.

3. *T. Larvarum* Linn. Zett. III. p. 1015. ♂♀, XI. 4313, & XII. 4688.

Specimen femineum vix ultra 1 $\frac{1}{2}$ lin. longum in Mus. Lundensi asservatur.

Var. b. ♂. III. p. 1016.

(In Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

4. *T. ruralis* Fall. Zett. III. p. 1016. ♂♀.

(Ad Uskela Finland. raro, Mus. *Bonsdorff*).

Capitis corporisque setæ fortes. Alarum nervus transv. ordinarius valde obliquus; area media aperta, paullo ante apicem alæ terminata.

5. *T. ambigua* Fall. Zett. III. p. 1017. ♀.

6. *T. curvinervis* Zett. III. p. 1018. ♂♀, & VIII. 3227. ♀.

Lundæ in horto proprio in floribus Umbellatarum d. 26 Jul.—1 Aug. 1855 specimina nonnulla utriusque sexus inveni; quoque ad Illstorp Scaniæ d. 15 Aug. ejusdem anni marem legit *Roth*; specimen quoque masculum ad Holmiam cepit Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

In individuis illæsis frons plerumque grisea l. flavida, vitta obscuriore. Pulvilli in ♂ modice longi, in ♀ brevissimi. Nervus transv. ordinar. in medio (nec pone medium) areæ mediæ insertus.

7. *T. ruficornis* Zett. III. p. 1019. ♂♀.

In Scan. ad Illstorp d. 18 Jul. 1857 fem. unica, *Roth.*

8. *T. interrupta* Zett. III. p. 1020. ♀.

9. *T. Sannio* Zett. III. p. 1020. ♀, & VIII. 3227. ♀

10. *T. pilitarsis* Zett. III. p. 1021. ♂?

11. *T. agrestis* Fall. Zett. III. p. 1022. ♂ (& ♀?), VIII. 3227, XI. 4313. ♂, & XII. 4688. ♂.

In Scania: ad Räften in flor. Heraclei Sphondyl. d. 10 Jul. ♀ passim, nec non ad Sjöbo & Illstorp in truncis arborum viventium Jul. freq., teste *Roth.* (In Finlandia ad Helsingfors & Isbois ♂ & ♀ parce, *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*).

*11—12. *T. anomala* Zett. n. sp.: cinerea, capite cinereo-albo; thoracis vittis 3, abdominisque subovati maculis trigonis trifariam positis nigris; fronte angustata, haud porrecta, vitta media nigra; oculis ma-

gnis; antennis epistomate paullo brevioribus, nigricantibus, articulo ultimo 2:do duplo longiore, seta nuda, basi incrassata; mystacibus paucis; pedibus nigris. ♀. (Long. saltem 3 lin.).

Hab. in Lappon. Umensi, ubi ad Stensele medio mensis Aug. 1856 specimen descriptum invenit mecumque communicavit D. *Holmgren*.

♀. A *T. agresti* n:o II., cui magnitudine & pictura corporis, seta antennarum nuda, oculis nudis, palpis nigris, mystacibus paucis &c. similis, sed fronte angustiore, antice haud prominula, oculis majoribus &c. toto coelo diversa; per oculorum & frontis formam *Miltogrammæ oculatæ* p. 1212 n:o 13 quoque convenit, magnitudine vero paullo minore, capite cinereo-albido, nec argenteo, abdominis pictura maculata, nec subfasciata, ut & seta mystacina distinctiore ab hac etiam diversa videtur. *Tachina polyodon* Meig Dipt. 4. p. 302. n:o 109 ♂: "albida, thorace vittis tribus latis nigris; abdomine conico; seriebus tribus maculis connatis; antennis brevibus; scutello nigro," seu *Miltogramma polyodon* Meig. Dipt. 7. p. 233. n:o 23, huic nostræ speciei satis accedit & propinqua videtur, sed in descriptione delineantur "epistoma album, frons modice lata, antennæ longitudine dimidii epistomatis, harum articulus ultimus plus quam duplo longior secundo," notæ, quæ cum *T. anomala* non bene quadrantes, dubium de identitate relinquunt. — Caput sordide albidum, subopacum. Frons angusta, parallela, leniter tantum elevata, antice prominens, vitta media angustata, nigra; serie setarum tenuium nigrarum vix ad basin antennarum extensa, utrinque ornata. Antennæ longitudine $\frac{2}{3}$ epistomatis, incumbentes, lineares, articulo ultimo 2:do circiter duplo longiore, totæ nigræ, seta longiuscula, biarticulata, basi ad $\frac{1}{3}$ incrassata, deinde capillari, tota atra, nuda. Epistoma infra oculos minime descendens, nuda. Seta mystacina utrinque unica, longitudine antennarum setæ, tota atra; sub qua series seta-

rum 6—8 breviarum ejusdem coloris. Organa cibaria cum palpis nigris in cavitate oris retracta. Genæ tenuiter nigro-puberulæ. Oculi magni, nudi. Ciliæ postoculares omnes breves, nigræ. Thorax griseo-cinereus, dorso nigro-setosus, vittis 3 latiusculis obscure brunneis. Scutellum obscure brunneum, limbo postico anguste cinereo. Abdomen ovatum, cinereum, segmentis subæque latis, horum 1:mo toto, 2:do & 3:tio in singulo maculis 3 magnis trigonis, basi (ad marginem segmenti apicalem) connatis, totis nigris, 4:to subimmaculato; totum nigro-pilosulum, setis in medio marginis apicalis segmenti 1:mi subtribus, & 2:di subquatuor; segmentis vero 3:tio & 4:to margine apicali multisetoso. Anus vaginatus, retractus, ater. Alæ cinereo-hyalinæ. Nervi transversi: medius paullulum ante apicem auxiliaris ductus, ordinarius subrectus & obliquus paullo pone medium areæ ultimæ, apice distincte apertæ, insertus. Nervus longit. 4:tus rectangulatim geniculatus, leniter infra genu continuatus (ut mihi in alis apice casu paullulum plicatis videtur); nervus vero apicalis paullo ante apicem alæ excurrens conspicue incurvatus. Spinula costæ nulla. Squamæ subalares sat magnæ, albæ, summo margine flavido. Halteres obtecti, flavidi. Pedes simplices, nigri. Femora certo situ leniter cinereo-micant, modice setosa. Tibiæ spinulosæ. Pulvilli parvi, breves, albi.

12. *T. devia* Fall. Zett. III. p. 1023, ♂♀, VIII. 3227. ♀, XI. 4313. ♀, & XII. 4688.

In Scania ad Ringsjön d. 6 Jun. 1858 ♂ semel, *Roth*; ad Baggeboda Blekingiæ d. 4 Jun. 1859 in trunco arborum, unicus ♂. (In Finlandia ad Uskela &c. ♂♀ rarius, Mus. *Bonsdorff*).

Obs. 1. In Tomo XII:mo hujus operis p. 4689 jam annotavi, larvas hujus speciei in nidis *Bomborum* fuisse observatas. Hoc quoque jam confirmavit D. *Roth*, qui ad Lindholmen Scaniæ in nido *Bombi terrestris* plures invenit pupas, e quibus feminas *Tach. deviæ* d. 23 Aug. exclusas obtinuit.

Obs. 2. Nervus longitudinal. 4:tus infra angulum non vere, sed tantum apparenter & per sinum alarum effectum continuatur. — Varietatem femineam paullo breviorem & abdomine breviter ovato, nec aliter diversam in Ostrogoth, legit Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

13. *T. elegantula* Zett. III. p. 1024. ♀? & VIII. 3227. ♂.

14. *T. trepida* Meig. Zett. III. p. 1025. ♂♀.

In Scania boreali ad Balsberg & Glimåkra d. 11—14 Jun. 1858 in Umbellatis feminas nonnullas legit *Roth*; ♀ quoque Holmiæ inventa, Profess. *Boheman*, Mus. Acad. Holm. — Feminam e pupa *Lophyri Pini* egressam vidi.

15. *T. subcincta* Zett. III. p. 1026. ♂♀, & VIII. 3228.

Ad Ringsjön Scan. d. 2 Jun. 1858 ♀ unica; ♂♀ etiam ad Holmiam a Prof. *Boheman* lecti, Mus. Acad. Holmiense. (In Finlandia ad Åbo & Eriksberg 4 feminæ, Mus. *Bonsdorff*).

Series setarum frontalium fortium interior in epistomatis lateribus fere usque ad os descendit. Palpi flavi, apice solum nigri.

16. *T. leucocephala* Panz. Zett. III. p. 1026. ♂♀, VIII. 3228. ♂♀, & XI. 4313.

(Ad Isbois &c. Finland., *Pippingsköld* & *Nylander*, Mus. *Bonsdorff*).

17. *T. argyrocephala* Meig. Zett. III. 1028. ♂♀, VIII. 3228. ♀, XI. 4313, & XII. 4689. ♂.

18. *T. campestris* Fall. Zett. III. p. 1028. ♂♀, XI. 4313, & XII. 4689.

♀ Holmiæ capta, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

19. *T. amabilis* Meig. Zett. III. p. 1029. ♂♀, VIII. 3228. ♂♀, & XII. 4689. ♀.

In Scan. ex. gr. ad Lindholmen & Söfdeborg d. 23—27 Jul. mares parce lecti. (In Finlandia ♀ raro, Mus. *Bonsdorff*).

19—20. *T. obscurella* Zett. XII. p. 4689. ♀.

*Var. b. ♀. similis var. a., sed nonnihil major, antennis paullo majoribus & area apicali propius ad apicem alæ excurrente differt; forte propria species.

Hab. in Scania ad Lindholmen, ubi unicam feminam d. 12 Jun. 1856 legit *Roth*.

In ambabus varietatibus barba menti alba, & nervi: longitudinales 3:tius tantum basi 4—5-setulosus, 4:tus infra angulum obsolete continuatus, transversus ordinarius rectus. A *T. tincta* (20), cui quoque similis, nervo longitudinali 3:tio, ut nuper dictum, basi solum parce setuloso, nec a basi & fere ad nervum transversum medium setulis instructo &c, atque demum a *T. amabili* (19) magnitudine majore &c. discrepat.

*19—21. *T. rubritarsis* Zett. n. sp.: cinerea, opaca, thoracis dorso scutelloque griseis; epistomate albo; fronte leniter prominula, haud lata, grisea, vitta media latiuscula concolore; antennis longitudine epistomatis, nigris, seta breviuscula, ultra medium incrassata; palpis fuscis; abdomine nigro, nitido, fasciis 3 interruptis albis; squamis subalaribus albis; pedibus nigris, tarsis rufis. ♂. (Long. saltem 2 lin.).

Hab. in Scania rarissime, D. *Holmgren*, Mus. Acad. Holmiæ.

♂. Affinis *Masiceræ* (*Tachinæ*) *rufitarsi* Meig., sed epistomate vibrissato &c. mox dignota; similis quoque nostræ *Tach.*

amabili (19), paullo vero major, fronte angustiore, vibrissis abbreviatis, tarsis rufis &c. distincta. — Opaca. Frons subangustata (♂), grisea, setis lateralibus non validis, infra antennarum radicem haud descendentibus. Macula supra antennas parva, testacea. Antennæ incumbentes, lineares, nigræ, seta antenna breviore. Epistoma subperpendiculare, albidum, vibrissis tenuibus parum supra medium adscendentibus. Seta mystacina minime valida. Palpi filiformes, nigri, apice flavidi. Proboscis flava. Thorax dorso sordide griseus, hirtus, haud setosus, humeris & pectore cinereis. Abdomen oblongo-ovale, dorso inerme, postice tantum setulosum. Alæ hyalinæ, nervis basi pallescentibus. Nervi transversi: medius apici auxiliaris oppositus, ordinarius rectus, medio areæ non latæ apertæ insertus, apicalis modice incurvus fere in apice alæ exiens; longitudinales: 3:tius basi trisetulosus, 4:tus non longe apparenter infra angulum continuatus, 5:tus ad marginem extensus. Spinula costæ nulla. Squamæ subalares albæ. Halteres flavi. Pedes setulosi, nigri, tarsis rufo-testaceis, apice fuscis. Tibiæ robustæ.

*19—22. *T. flavitarsella* Zett. n. sp.: cinerea, opaca; epistomate albo; fronte parum prominente, haud lata, grisea, vitta media latiuscula concolore; antennis longitudine epistomatis, nigris, seta brevi, ultra medium incrassata; palpis obscuris; abdomine nigro, nitido, fasciis 3 interruptis albis; squamis subalaribus albis; pedibus nigris, tarsis flavis. ♂. (Long. vix ultra 1 lin.).

Hab. in Oelandia rarissime, D. *Holmgren*, Mus. Acad. Holm.

♂. Simillima *T. rubritarsi* (19—21), a qva tamen magnitudine duplo & ultra minore, antennarum seta paullulum breviore, thorace scutelloque totis cinereis, nec dorso griseis, ut & tarsis flavis, nec rufis, apice obscuris distincta videtur. Nec cohabitant.

20. *T. tincta* Meig. Zett. III. p. 1030. ♂♀, & VIII. 3228.

Obs. In Tom. III.tio p. 1031, lin. 15 stat: transversus ordinarius, lege: transversus medius

21. *T. spathulata* Fall. Zett. III. p. 1031. ♂♀.

22. *T. vilis* Zett. III. p. 1032. ♂.

23. *T. silvatica* Fall. Zett. III. p. 1033. ♂♀, VIII. 3228, & XII. 4313.

24. *T. plebeja* Fall. Zett. III. p. 1034. ♂♀.

Etiam in Westrogothia ad Gothoburgum capta; in Hallandia, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

25. *T. Soror* Zett. III. p. 1035. ♂♀.

25—26. *T. longirostris* Meig. Zett. VIII. p. 3228. ♂♀.

In Suecia huc usque non inventa, quantum noverim, in Dania tantum rarissime visa; mas vero nunc quoque ad Lindholmen d. 20 Aug. 1856 in unico exemplo a D. *Roth* detectus.

Per haustellum horizontaliter porrectum, longitudine epistomatis, parum crassum, apice proboscide parva, ab affinibus distincta. Antennarum articulus ultimus latus, seta paullo ultra medium incrassata. Series setarum 5 frontalium infra antennas descendit. Cum *T. prolixa* (188), quæ palpos nigros, oculos hirtos, antennarum setam breviter puberulam habet, non commisceri debet.

26. *T. futilis* Zett. III. p. 1036. ♂, VIII. 3229. ♂. & 2230. ♀, & XII. 4691.

♂ in Oelandia raro, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm. — ♀ ab Eodem quoque Holmiæ lecta, Mus. Holm. Ad Stensele Lappon. medio Aug. 1856. 1 ♂, *Holmgren*. (Individuum masculum solito majus [circiter 4

lin. longum] & de cetero simile specimini Jemtlandico Dipt. Scand. III. l. c., e Finlandia communicatum a Prof. *Bonsdorff* 1856).

Frons ante oculos prominens. Setæ 4—6 infra antennas utrinque descendunt. Alarum area apicalis apice nonnihil aperta. Nervi longitudinales leniter infuscati, 4:tus vix l. parum infra angulum continuatus.

27. *T. Albisquama* Zett. III. p. 1037. ♀, & VIII. 3230. ♀.

*Var. b. ♀ similis v. a., sed antenarum articulo 2:do rufo, superne macula media nigra, ut & alar. nervo transv. ordinar. nonnihil magis flexo discedens, forte hujus. Holmiæ, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

28. *T. Sordidisquama* Zett. III p. 1038. ♀, & XII. 4691. ♂♀.

29. *T. pacta* Meig. Zett. III. p. 1038. ♂♀.

(In Finlandia ad Eriksberg unicum specimen, *Bonsdorff*).

30. *T. geniculata* Zett. III. p. 1039. ♀.

Ex hac specie rarissima duo individua feminea ad Lindholmen Scan. d. 16 Jun. 1856 & 16 Jul. 1858 invenit *Roth*.

Specimina Lindholmensia feminæ jam cognitæ & l. c. descriptæ similia; discrepant vero: magnitudine paullo majore, corpore obscurius cinereo, antennarum articulo ultimo antecedente quadruplo, nec triplo, longiore, lineari, seta saltem ad medium, nec tantum basi, incrassata, scutello apice rufescente, &c. An specie dinstincta?

31. *T. furibunda* Zett. III. p. 1040. ♀.

32. *T. scutellata* Zett. III. p. 1041. ♂♀.

♀ in Hallandia capta, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

33. *T. flavo-scutellata* Zett. III. p. 1042. ♂♀.

34. *T. validicornis* Zett. III. p. 1043. ♂♀.

35. *T. cinerea* Fall. Zett. III. p. 1043. ♂♀.

(In Finland. ad Paldamo Jul. 1820. ♂., Prof. *Nordman.*)

36. *T. usta* Zett. III. p. 1044. ♀.

Obs. Quamdiu hæc species sub genere *Tachina* manet, nomen triviale *usta* non aptum (& in *atricolor* melius forte mutandum), utpote jam antea pro specie Brasiliana a *Wiedemann* ausereurop. zweifl. Ins. 2. p. 313. adhibitum (*); sed si ad genus *Masiseram* Meig. transfertur species, tolerandum.

36—37. *T. pictiventris* Zett. XII. p. 4691. ♀.

37. *T. pilipennis* Fall. Zett. III. p. 1045. ♂♀, & VIII. 3230. — *Thryptocera pilipennis* Rob. Desv. Myod. Annal. d. l. Soc. Ent. d. Fr. 1851. p. 182. n:o 4. ♀.

Obs. Secundum cel. *Robineau-Desvoidy* Tryptocerarum larvæ in erucis (larvis) præsertim Tineitarum vitam degunt.

38. *T. crassicornis* Meig. Zett. III. p. 1046. ♂♀, & VIII. 3230. — *Thryptocera crassicornis* Rob. Desv. Myod. Annal. d. l. Soc. Ent. d. Fr. 1851. p. 181. n:o 2. ♂.

39. *T. infantula* Zett. III. p. 1047. ♂♀.

40. *T. versicolor* Fall. Zett. III. p. 1047. ♂♀, VIII. 3230. var. ♀, & XII. 4692. ♀.

41. *T. rufina* Zett. III. p. 1048. ♀, & VIII. 3231. Ad Gusum Ostrogoth. Jul. 1857 iterum lecta a Profess. *Wahlberg.*

41—42. *T. bicolor* Meig. Zett. VIII. p. 3231. ♀.

42. *T. lætabilis* Zett. III. p. 1049. ♂♀, VIII. 3232, & XI. 4313.

(*). Cum nomen specificum *usta* fingerem, species Wiedemanniana mihi ignota erat.

43. *T. vertiginosa* Fall. Zett. III. p. 1050. ♂♀, & VIII. 3232.

♂ in Scan., *Holmgren*, Mus. Acad. Holm.; ♀ circa Lund d. 23 Aug. 1856 capta, Mus. Lundense; & in Umbellatis ad Ringsjön mense Junio 1858.

Oculi oblongi, parvi, microscopice subpuberuli. Barba menti densa, nivea. Antennarum articulus 2:dus (in ♀) interdum parum rufescens. Alarum spinula costæ nulla. Nervus longitudinalis 3:tius ad basin 4-setulosus.

*Var. b. ♀. nervo longitudinali 4:to infra angulum brevissime, sed determinate & distincte continuato, hoc & longitudinali 3:tio ad costam intime connexis, nec aliter differt.

Cum var. a. ad Ringsjön semel lecta, *Roth.*

43—44. *T. goniæformis* Meig. Zett. III. p. 1051 in observ., & XII. p. 4692. ♂♀.

44. *T. scutellaris* Fall. Zett. III. p. 1051. ♀.

45. *T. muscaria* Fall. Zett. III. p. 1052. ♂♀, VIII. 3232. var., & XI. 4314.

In Scania quoque ad Ringsjön d. 4—24 Jun., Mus. Lund. ♀.

*45—46. *abbreviata* Zett. n. sp.: oblongo-ovata, cinerea, opaca; capite subargenteo; fronte parum prominente, lata (♀), cana, vitta carnea; antennis elongatis, sublinearibus, nigris, seta ultra medium incrassata; abdominis 1:mo segmento fasciisque duabus nigris; alis subinermibus; pedibus nigris; vibrissis dimidiatis. ♀. (Long. fere 3 lin.).

Hab. in Scania rarissime, scilicet ad Lindholmen d. 25 Jul. 1856 ♀ unica, *Roth.*

♀. Similis *T. muscariæ* (45), sed fronte minus prominente, latiore, vitta carnea, nec nigra antennarum seta longius incrassata, vibrissis altius adscendentibus, alarum area magis ante apicem alæ terminata, &c., distincta. Nec *T. hysrix* n:o 46, quæ frontem magis porrectam, alas leniter fumatas, spinulam costæ fere nullam, nec distinctam, nervum transversum ordinarium conspicue pone medium, nec in medio, areæ ultimæ insertum, &c. habet, cum nostra *T. abbreviata* confundi debet. — Cinerea opaca. Frons lata, cana, vitta media lata, carnea, cinereo-pollinosa. Series setarum validarum utrinque duplex per setas 3 simplices incurvas infra antennarum basin descendit. Antennæ vix apicem epistomatis argentei longitudine attingunt. Vibrissæ perspicuæ, ad dimidium epistomatis assurgentes. Palpi flavi. Genæ non descendentes. Barba menti parcior, pilis nigris & albis mixta. Thorax vix vestigio linearum. Scutellum apice late rufum. Abdomen ovatum, cinereum, segmento 1:mo toto, 2:do & 3:tio margine apicali nigris. Segmenta: in singulo 1:mi & 2:di setis 4 (2 in dorso & 1 utrinque), in 3:tio setis 9 validis ad incisuram, & in 4:to pluribus minus fortibus, sparsis. Alæ hyalinæ, basi fuscescentes. Nervi transversi: ordinarius leniter subflexus, apicalis rectus paullo ante apicem alæ excurrit. Angulus areæ ultimæ paullo apertæ subobtusus. Nervus longitudinal. 3:tius ad basin 3-setulosus. Spinula costæ parva. Squamæ subalares magnæ, albæ. Pedes simplices, toti atri.

46. *T. hystrix* Wahlb. Zett. III. p. 1053. ♀, & XI. 4314. ♀.

47. *T. albo-cingulata* Fall. Zett. III. p. 1054. ♂♀, & XI. 4314.

♀ in Westrogothia in Kinnekulle, Prof. *Boheman*, in Ölandia, *Holmgren*, Mus. Acad. Holm.

Obs. Palpi in specimine Westrogothico obscure lutei sunt.

48. *T. ocypterata* Fall. Zett. III. p. 1055. ♀, & VIII. 3232. ♀.

49. *T. pallipes* Fall. Zett. III. p. 1055. ♀, & XII. 4693.

50. *T. antiqua* Meig. Zett. III. p. 1056. ♂♀, & VIII. 3232. ♀.

Var. b. ♀. XII. p. 4694.

51. *T. tibialis* Fall. Zett. III. p. 1057. ♂♀, & XII. 4694. ♂♀.

♂♀ in Scania ad Lund, Lomma & Lindholmen d. 29 Maj—15 Jun. & 21 Jul. in copula, *Roth.* (Ad Uskela Finland. 1 ♀, & 1 ♂, Mus. *Bonsdorff;* in Nylandia, Tavastia atque ad Villnäs 4 feminæ, & ad Helsingfors 1 ♂ a D. *Mäklin* inventi).

51—52. *T. Ludio* Zett. VIII. p. 3233. ♂.

52. *T. nigripes* Fall. Zett. III. p. 1058. ♂♀.

In Scania quoque ad Ringsjön d. 4—6 Jun., *Roth;* in Smolandia, *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

Antennæ in ♂ paullo longiores & validiores quam in ♀.

*Var. b. ♂. oculis tenuissime puberulis, in ceteris var. a simillima.

Zett. Dipt. Scand. VIII. p. 3233. ♂. specimen Glogaviense.

E varietate hac, cujus olim specimen e Glogavia a D. *Zeller* communicatum fuit, jam individuum ad Klinta prope Ringsjön cum var. a. invenit D. *Roth.*

52—53. *T. vicina* Zett. VIII. p. 3234. ♀.

53. *T. mutabilis* Fall. Zett. p. 1059. ♂♀, VIII. 3234, & XII. 4694. ♂♀.

♂ ad Ringsjön d. 4 Jun. & ad Illstorp Scan. d. 17 Aug., ♀ ad Bökestad Scan. borealis d. 21 Juni, *Roth*; & in Kinnekulle, *Boheman*, Mus. Holm. (In Finland. ad Eriksberg 2 mares, Mus. *Bonsdorff*).

Specimina minora *T. florali* (148) habitu simillima & abdominis pictura eadem, sed fronte nonnihil magis prominente, oculis in ♂ minus distantibus, in utroque sexu nudis, alarum nervi longitudinalis 4:ti angulo magis obtuso, nec subrecto, squamis subalaribus fuscanis l. sordidis, nec albidis, &c, *T. mutabilis* a *florali* facile dignoscitur.

Var. b. ♀. III. p. 1060.

♀ Holmiæ lecta, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm. — Forte species distincta.

(In Finland. orient. ♂ semel, *Mäklin*).

54. *T. discolor* Zett. III. p. 1061. ♂♀, & VIII. 3234. ♂.

55. *T. incana* Fall. Zett. III. p. 1062. ♂♀, & XII. 4694.

56. *T. incurva* Zett. III. p. 1063. ♂, & XII. 4694.

In Scan. ad Fogelsång d. 1 Jul. 1857 unicus ♂, & d. 27 Maj. ejusdem anni unica ♀ a D. *Roth* capti; ♂ in Smoland. & Oelandia, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

♂♀. Variat magnitudine 1¾—2¾ lin. long. Ad frontem latam, antennarum setam ultra medium incrassatam ut & alarum aream apicalem apice petiolatam probe attendas ut speciem a confinibus distingvas.

Mas. Oblongus, cylindricus. Frons lata, utrinque serie duplici setarum coronata. Antennæ validæ, epistomate brevi paullo breviores. Oculi parvi. Thoracis dorsum lineis 4 (nec 2), abbreviatis, lateralibus simul interruptis. Abdominis segmentum 1:mum medio bisetosum, 2:dum medio 4-setosum, reli-

qua setis pluribus munita. Apex abdominis niger, nitidus. Halteres flavi. Ungves & pulvilli parvi. Cetera ut in Dipt. Scand.

**Fem.*, hactenus ignota, similis mari, sed fronte fere adhuc paullulum latiori. Abdomen ovatum, nec cylindricum, supra totum griseum, apice acutiusculo cocolore, nec nigro nitido,

57. *T. scutelligera* Zett. III. p. 1064. ♂♀.

Ad Klinta prope Ringsjön 2 mares d. 4—6 Jun. 1857, & ad Rössjöholm Scan. borealis 1 feminam eodem anno deprehendit *Roth*; mares nonnulli in Smolandia a Prof. *Boheman* capti, Mus. Acad. Holm.

Mas & femina (2 lin. long.) similes, sed in ♂ sunt antennæ nonnihil longiores & validores atque frons paullulum latior serieque setarum simplice ornata; in ♀ setæ frontales duplici serie dispositæ. Ita corrigatur observatio ad finem descriptionis hujus speciei in Dipt. Scand. l. c., ubi cetera allata bene congruunt.

58. *T. albinervis* Zett. III. p. 1064. ♂, & VIII. 3235.

Observante Prof. *Boheman* est hæc tantum alter sexus *T. angulicornis* n:o 189.

59. *T. spathulæcornis* Zett. III. p. 1065. ♂.

60. *T. Goniæoides* Zett. III. p. 1066. ♀.

61. *T. cylindracea* Zett. III. p. 1067. ♀.

62. *T. Nigrisquama* Zett. III. p. 1068. ♂.

63. *T. zonella* Zett. III. p. 1068. ♂♀, & VIII. 3235.

63—64. *T. semizonata* Zett. VIII. p. 3235. ♀.

63—64. *T. maculiventris* Zett. VIII. p. 3236. ♂?

64. *T. minutissima* Zett. III. p. 1069. ♂♀.

65. *T. nigrina* Meig.? Zett. III. p. 1070. ♀, VIII. 3237. ♀, & XII. 4694.

66. *T. grandicornis* (*laticornis* olim) Zett. III. p. 1070. ♀? & VIII. 3237.

67. *T. ornata* Meig. Zett. III. p. 1071. ♀?

*67—68. *T. Maculisquama* Zett. n. sp.: oblonga, obscure cinerea, subopaca, epistomate argenteo-micante; fronte leniter prominente, modice lata (♀), vitta atra; antennis longissimis, magnis, seta triarticulata ultra medium incrassata, thoracis vittis anticis subquinis pedibusque nigris; abdomine sordide grisescente, olivaceo-micante; alis hyalinis, basi flavidis, area subaperta, in apice alæ terminata, nervo transverso ordinario recto mox pone medium areæ inserto, squamis subalaribus luteo-maculatis; vibrissis ultra medium epistomatis adscendentibus. ♀. (Long. $2\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Scania rarissime: in Räften prope Lund d. 10 Jul. 1858 unicam feminam detexit *Roth.*

♀. Similis *T. grandicorni* (66) & *ornatæ* (67), sed colore corporis sordidiore, parum nitido, alis basi flavidis, squamis subalaribus lutescentibus &c. diversa. — Frons modice lata, vitta media lata, atra, serie setarum utrinque duplici per setas 2 l. 3 infra antennarum basin descendente. Antennæ longissimæ, latæ, nigræ. Epistoma declivum, argenteum, vibrissis tenuibus fere supra medium assurgentibus. Os non reflexum. Thoracis vittæ anticæ subquinque nigræ, non bene distingvendæ. Abdomen oblongo-conicum, cylindricum, segmento 1:mo bisetoso, obscuro, reliquis olivaceo-micantibus, subnitidis, in disco plurisetosis, alio situ in fundo sordide cinereo-griseis, olivaceo-micantibus, basi segmentorum læte cinerea. Alæ basi perspicue flavidæ, subinermes, costa spinula parva. Nervus longitud. 4:tus obtuse angulatus. Squamæ subalares intus sordide albidæ, limbo externo latissime intense flavo l. luteo. Halteres lutei. Pedes simplices, toti nigri, subnitidi. Pulvilli mediocres, sordide albidi.

68. *T. collaris* Fall. Zett. III. p. **1072.** ♂♀, VIII. **3237**, XI. 4314, & XII. 4695.

69. *T. blanda* Fall. Zett. III. p. **1073.** ♂♀, VIII. **3237**, & XI. 4314.

In Smoland., Prof. *Boheman.* (In Finland. prope Helsingfors 1 ♀., *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*).

Halteres flavi.

69—70. *T. decorata* Zett. VIII. p. **3237.** ♀.

Tantum ♀ hactenus nobis cognita, olim in Dania rarissime capta, nunc autem utrumque sexum, unicum scilicet ♂ d. 29 Maj. 1856, & unicam ♀ d. 19 Jun. ejusdem anni, ambos in Scania ad Lindholmen detexit *Roth.*

**Mas* similis *feminæ*, a qua tamen antennis paullo validioribus, fronte nonnihil angustiore & pulvillis albidis duplo majoribus diversus. Vibrissæ faciei in utroque sexu haud validæ circiter vel fere ad medium epistomatis assurgunt.

70. *T. convexifrons* Zett. III. p. **1074.** ♀, & VIII. **3238.** ♀ (& ♂?).

71. *T. albicincta* Zett. III. p. **1075.** ♂♀, & VIII. **3239.** ♂.

In Lappon. Lulensi ad Quickjock & in alpibus Darlecarlicis ♀ a Prof. *Boheman* reinventa, Mus. Acad. Holm.

Obs. Feminæ hæ abdomine ovato gaudent.

72. *T. semicincta* Zett. III. p. **1075.** ♀.

*72—73. *T. hallerata* Zett. n. sp.: oblonga, nigra, subnitens; capite glaucescente; pleuris schistaceis; fronte minus prominente; antennis longitudine fere epistomatis, seta basi incrassata; abdominis cingulis 3 an-

gustissimis albidis; alis subhyalinis, area aperta in apice alæ terminata, nervo transverso ordinario recto, in medio areæ inserto, curvatura nervi longitudinalis 4:ti subarcuata; halteribus nigris; vibrissis abbreviatis; tarsis simplicibus. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Mas: 1¼ lin. longus. Oculi appropinquantes, orbitis angustissimis & vitta frontali angustata nigra sejuncti; abdomen oblongo-conicum, ano parvo, non inflexo; squamæ subalares sordide albidæ.

Fem. 1 lin. longa. Oculi modice remoti, orbitis mediocriter angustis cinereis & vitta frontali proportione latiuscula atra separati; abdomen oblongo-ovatum, ano simplici; squamæ subalares albæ.

Hab. in Gottlandia rarissime; unicum marem unicamque feminam legit Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

♂♀. Setæ frontales tenues. Antennæ validiusculæ, nigræ, seta nuda, non usque ad medium incrassata. Vibrissæ tenues, saltem ad medium epistomatis perpendicularis adscendentes. Os non reflexum. Palpi nigri. Oculi nudi. Abdomen pilosulum, & ante incisuras setulosum. Alæ leniter fuscanæ, margine interiore indeterminate subhyalinæ. Nervus longitudinalis 4.tus obtusissime angulatim flexus. Costa nuda. Squamæ subalares majusculæ, valvula superiore inferiorem vix ad dimidium tegente. Halteres nigri. Pedes nigri, femoribus pilosis, tibiis spinulosis. Pulvilli parvi.

73. *T. Morio* Fall. Zett. III. p. 1076. ♂♀.

74. *T. ocypterina* Zett. III. p. 1077. ♀, & VIII. 3239.

Vix confundenda cum *Leucostomate venosa*, quæ vibrisis caret.

75. *T. Erinaceus* Fabr. Zett. III. p. 1078. ♂♀, VIII. 3239, & XII. 4695.

In Scania: ad Fogelsång, Lomma & Illstorp d. 16—24 Jul.—7 Aug. non raro; ad Röddinge, Prof. *Dahlbom.*

76. *T. marginata* Meig. Zett. III. p. 1079. ♂♀.

In Scania boreali ad Balsberg in Umbellatis d. 11 Jun. 1838 ♀ unica, *Roth*. Hactenus tantum ut Norvegiæ incola cognita.

77. *T. cuneicornis* Zett. III. p. 1080. ♂♀.

78. *T. lugubrina* Zett. III. p. 1081. ♂♀, & VIII. 3239 cum variet.

*78—79. *T. humeralis* Zett. n. sp.: oblonga, nigra, subnitida, capite albo-carneo; fronte paullo prominente, lata (♀), cinereo-micante, vitta lata, ferruginea; antennis epistomate paullo brevioribus, articulo ultimo modice lato 2:do duplo longiore, seta breviuscula, triarticulata, crassa, in medio geniculata; thoracis vittis 5, abdominisque cingulis 3, glauco-albis, obsoletis; humeris rufis; alis hyalinis, area occlusa, manifeste ante apicem alæ in costa terminata, nervis: transverso ordinario subrecto, subperpendiculari pone medium areæ inserto, curvatura nervi 4:ti geniculata, longitudinalibus 1 & 3 setulosis; vibrissis spuriis. ♀. (Long. 3 lin.).

T. lugubrinæ varietas I. n. sp. Zett. in *Observat. Dipt. Scand.* VIII. p. 3239. ♀.

Hactenus tantum in silva Silkeborg Jutlandiæ borealis Daniæ in utroque sexu a cel. *Stæger* deprehensa; nunc vero ♀ quoque in Hallandia Sueciæ a D. *Holmgren* inventa, Mus. Acad. Holm.

♀. Similis *T. lugubrinæ* (78), magnitudine vero majore & callis humeralibus ferrugineis imprimis dignota. — Caput carneo-albidum. Series setarum frontalium sat validarum utrinque duplex, interior per setas 3 infra antennarum basin descendens. Antennæ subliberæ, nigræ, articulo ultimo apice

rotundato; seta crassa, fracta, 3-articulata, articulo 1:mo brevissimo, 2:do & 3:tio fere æque longis. Vibrissæ inferne adsunt, sed valde graciles. Palpi obscure flavescentes. Oculi non magni, nudi. Thoracis vittæ albidæ obsoletissimæ. Scutellum immaculatum. Abdomen ovatum, nitidum, segmento 1:mo brevi inermi toto, reliquisque apice late, nigris, margineque apicali parce setosis. Alæ ut in *T. lugubrina*. Area media breviuscula. Nervi transversi: ordinarius leniter flexus, apicalis incurvus. Squamæ subalares totæ albæ. Halteres obscuri. Pedes simplices, spinosi, nigri.

79. *T. setipennis* Fall. Zett. III. p. 1082. ♂♀, VIII. 3239, XI. 4314, & XII. 4695. ♂♀. — *Ramburia setipennis* Rob. Desv. Myod. Annal. d. l. Soc. Entom. d. Fr. 1851. p. 189. n:o 1. ♀.

80. *T. Lamia* Meig. Zett. III. p. 1083. ♀. & VIII. 3239. ♀. — *Actia pilipennis* Rob. Desvoid. Myod. Annal. d. l. Soc. Ent. d. Fr. 1851. p. 186. n:o 1. ♂♀. — *Thryptocera frontalis* Macq. videtur.

Feminam unicam hujus singularis speciei, in Suecia huc usque non inventæ, ad Lindholmen Scan. d. 5 Jul. 1856 detexit *Roth*. (In floribus Umbellatar. Galliæ, Rob. Desv.). Secundum Doctorem *Robineau-Desvoidy* est *mas* similis *feminæ* & differt tantum: "frontalibus ochraceis, nec rubescentibus, ut & calyptris (squamis subalaribus) subalbis, nec albidis, subobscuris".

81. *T. pellucens* Fall. Zett. III. p. 1084. ♂♀, & XII. 4695. ♂♀.

Mares in Scan. quoque ad Räften & Balsberget inventi. (In Finland. Mus. *Bonsdorff*).

Palpi in utroque sexu nigri, sed specimina mascula palpis flavis (ut ait *Meigen*) quoque vidi. Alarum area apicalis subaperta, in summo apice alæ educta. Spinula costæ nulla.

Var. b. ♀. III. p. 1085. jam sub. *Tach. fumipenni* (81—82) militat.

*81—82. *T. fumipennis* Zett. n. sp.: obtuse ovata, flavo-fulva, opaca; antennis paullo infra epistomatis medium dependentibus, seta biarticulata ultra medium incrassata, pedibusque, atris; fronte parum prominente, modice lata, tenuiter setosa; thorace fusco-lineato; abdomine toto aut flavo (♂), aut fusco (♀); alis subfumatis, basi pallescentibus, nervo transverso ordinario inflexo, longitudinali 4:to angulato in apice alæ excurrente, area apicali subocclusa. ♂♀. (Long. $1\frac{1}{2}$—$1\frac{3}{4}$ lin.).

Mas. Frons modice lata, aureo-flava, antice linea media angusta nigra, serie setarum utrinque simplici. Epistoma flavum, genis albis. Thorax & scutellum fulvo-flava. Abdomen flavum, lateribus pellucidum, posterius opacum, antice vestigio villæ mediæ fuscæ, vix nisi certo situ conspiciendæ. Tarsorum pulvilli mediocres, albi.

Fem: similis feminæ *T. pellucentis*, sed abdomen obscurum, immaculatum.

T. pellucens var. b. ♀. Dipt. Scand. III. p. 1085.

(♂ unicus ad Carlsbad Jul. 1859 a *Thomsson* captus).

♂♀. Valde similis *T. pellucenti* (81), & pro ejus varietate pygmaea olim habui, sed præter magnitudinem semper minorem differt etiam alis paullo magis fumatis, nec non abdomine in ♂ flavo, in ♀ obscuro, in utroque sexu unicolore

82. *T. continua* Meig. Zett. III. p. 1085. ♂♀.

83. *T. rotudiventris* Fall. Zett. III. p. 1086. ♂♀, & VIII. 3240.

*83—84. *T. punctiventris* Zett. n. sp.: oblongo-ovata, opaca, grisea, epistomate albo; fronte parum prominente, cinerea, vitta media atra; antennis brevibus, thorace lineis 4, abdomine ante incisuras serie pun-

etorum, tibiis tarsisque nigris, femoribus cinereis; alis cinereo-hyalinis, nervis: transverso ordinario leniter flexo, longitudinali 4.to subcurvatim flexo nonnihil ante apicem alæ excurrente ♀. (Long. circiter $1\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Suecia rarissime: ad Holmiam feminam unicam invenit Prof. *Boheman*. Mus. Acad. Holm.

♀. Licet statura corporis & colore hæc species a tribus proxime præcedentibus paullo discedat, tamen ob antennarum brevitatem, & aliarum notarum convenientiam in eadem Tribu illam sepono. — Frons minus prominens, modice lata, griseo-cinerea, vitta modice lata, lineari, atro-holosericea, macula supra antennas sordide pallida; serie setarum minime validarum utrinque duplici, interiore tantum ad basin antennarum, nec infra, extensa. Antennæ incumbentes, longitudine dimidii epistomatis, validæ, nigræ, articulo ultimo 2:do dimidio longiore, apice angulo exteriore acuto; seta biarticulata, longiuscula, capillari, basi incrassata. Epistoma perpendiculare, album, nudum, seta utrinque mystacina non valida, setulis oris paucis. Os minime reflexum. Palpi nigri. Oculi mediocres, nudi. Thorax obscure griseus, immaculatus. Abdomen oblongo-ovatum, obscure griseum, dorso lineis 4 nigris, humeris & pectore cinereis. Scutellum obscure griseum, immaculatum. Abdomen oblongo-ovatum, obscure griseum, segmento 1:mo breviore, concolore (nec nigro), bisetoso, reliquis margine apicali serie punctorum nigrorum ornatis, e quorum singulorum centro seta exit. Anus & venter concolores. Alæ cinereo-hyalinæ, basi sordidissime albidæ. Nervi: transversi ordinarius paullulum pone medium areæ insertus, subperpendicularis, leniter flexus, apicalis leniter incurvus. Area media angustata, nonnihil ante apicem alæ educta, anguste aperta. Alæ inermes, spinula nulla. Squamæ subalares albæ. Halteres testacei. Pedes simplices, spinulosi, nigri, femoribus cinereis. — Vix *Clytiæ* generis Macqv. & Meig.

84. *T. vulpina* Fall. Zett. III. p. 1087. ♂♀, & VIII. 3240.

In Scania ad Illstorp ♂ & ♀ locis aridis d. 14—15 Jul.; ad Gothoburg., *Malm.* (In Finland. rar., Mus. *Bonsdorff*).

85. *T. grandis* Zett. III. p. 1088. ♂.

86. *T. truncata* Gyllenh. Zett. III. p. 1089. ♂♀, & VIII. 3240.

Etiam in Scania in copula capta, Mus. Lund.; ad Ringsjön d. 2—6 Jun. 1858 ♂ raro, *Roth*: ♂ ad Lund, nec non ad Holmiam, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.; in Lappon. ad Lycksele & Gransele d. 8—13 Jun. 1856 feminæ, *Holmgren*. (Ad Helsingfors Finland. versus finem Maji non raro, Mus. *Bonsdorff*).

Oculi proportione parvi. Vitta frontalis atra vel picea, albo-pollinosa. Nervi transversi sæpissime leniter infuscati, horum ordinarius semper inflexus, ad $\frac{2}{3}$ pone medium areæ insertus, in uno individuo lapponico per nervulum appendiceum brevem apice puncto nigro notatum monstrose auctus, & id similiter in ambabus alis. Spinula alarum costæ adest. Halteres nigri.

87. *T. Nemorum* Meig. Zett. III. p. 1091. ♀ (& ♂).

88. *T. Pavoniæ* Wahlb. Zett. III. p. 1091. ♀.

*Var. b. ♀. similis var. a., sed abdominis fasciis cinereo albis, nec cinereo-griseis, & alarum nervo transverso ordinario fere recto, nec inflexo, diversa.

Specimen ad Holmiam a Prof. *Boheman* captum in Mus. Acad. Holmiæ asservatur.

88—89. *T. vulnerata* Zett. VIII. p. 3240. ♂.

Femina, hactenus ignota, in foliis Fagi ad diversorium Sjöbo Scaniæ d. 20 Jul. 1857 semel, *Roth.*

*♀ similis mari l. c. descripto, sed major (fere 4 lin. long.), robustior & in sequentibus plerisque diversum tantum sexum

indicantibus discrepans. Scilicet frons nonnihil latior, serie setarum utrinque duplici per setulas 3 & 4 infra antennas (in serie simplici) descendente. Antennarum articuli 1 & 2 rufi. Oculi modice distantes, tenuiter hirti. Scutellum nigrum, summo apice rufescens. Abdomen breviter ovatum, absque maculis lateralibus ferrugineis. Segmenta 2 & 3 basi certo situ e fascia alba micant. Anus truncatus. Alæ basi flavidæ, nervis omnibus fuscedine lenissime tantum cinctis. Pedes ungvibus nigris & pulvillis albis, brevibus.

De cetero pro utroque sexu in descriptione addendum: nervi transversi medius inter apices secundarii & auxiliaris ductus, ordinarius distincte ($\frac{2}{3}$) pone medium areæ ultimæ insertus, paullo inflexus, apicalis juxta basin incurvus; longitudinales: 3:tius basi 4—5-setosus, 4:tus apparenter non longe, sed tamen conspicue infra angulum rectum & subdescendentem continuatus; area ultima apice distincte aperta, mox ante apicem alæ in costa educta.

89. *T. maculipennis* Zett. III. p. 1092. ♂.

90. *T. ruricola* Meig. Zett. III. p. 1093. ♂♀, & VIII. 3241. ♀.

91. *T. comta* Fall. Zett. III. p. 1094. ♂♀, VIII. 3241, XI. 4314, & XII. 4695. ♀.

In Scania: ad Illstorp d. 25 Jul. ♂, & ad Torekow d. 13 Jun. ♀; uterque vero sexus in Umbellatis ad Balsberg & Glimåkra d. 11—14 Jun. 1858, *Roth*.

♂♀. Genæ breviter albo-puberulæ. Setæ vibrissinæ fere omnino deficiunt, tantum 2 spuriæ supra setam mystacinam utrinque. Alarum nervi longitudinales: 3:tius basi 5—7-setulosus, setis facile delerendis, relictis sæpe tantum 1 & 2; 4:tus sat longe infra angulum rectum descendens; transversus ordinarius longe pone medium ($\frac{5}{6}$) areæ ultimæ insertus, obliquus & leniter flexus; apicalis basi distincte incurvus; area apice leniter l. modice aperta. Tibiæ obscure rufæ.

Obs. 1. Specimina plura feminea, quæ sub nomine *Nemorea (Tachina* Macq. & Meig.) e Gallia mihi transmisit D. *Leon Dufour*, huic sat similia, sed antennarum articulo ultimo 2:do saltem duplo longiore, ut & genis nigro- (nec albo-) pilosulis certe differunt. Exempla vero feminea; quæ sub nomine: "*T. comta* Fall." indicioque "e Reinerzi Silesiæ". mecum communicavit D. *Zeller*, non huic, sed potius ad *Tach. marmoratam* Meig. (*Micropum* eundem Macq.) referre vellem. Cinerea, thorace nigro-4-vittato, abdomine nigro-marmorato (absque rufedine laterali), antennis totis nigris, articulo ultimo 2:do dimidio longiore, cuneiformi, apice truncato, seta triarticulata, vitta ferruginea l. picea, genis nigro-hirtulis, scutello rufo-testaceo, nervo transverso ordinario pone medium ($\frac{5}{8}$) areæ ultimæ modice apertæ inserto, squamis subalaribus albis, pedibus nigris, tibiis obscure ferrugineis. Sed talem in Scandinavia non observavi.

Obs. 2. Individua tandem utriusque sexus a D. *Leon Dufour* e St. Sever Galliæ communicata sub nomine: "*Micropalpus borealis* Macq." accedunt quoque nostræ *T. comtæ*, sed magnitudine paullo majore, antennarum articulo ultimo 2:do duplo longiore, genis nigro- (nec albo-) hirtis, humeris thoracisque lateribus testaceis, aperte differunt. In speciminibus missis tantum tibiæ, nec (ut ait *Macquart*) pedes toti rufescentes, nervus transvers. ordinarius fere propius ($\frac{7}{8}$) ad angulum intertus, & alæ vix flavidæ. Abdomen in ♀ absque maculis lateralibus rufis. Ut Scandinaviæ incola ignota.

Obs. 3. In Dipt. Scand. Tom III:tio p. 1094 lin. 5 ab infra stat: 267. lege: 262.

92. *T. hæmorrhoidalis* Fall. Zett. III. p. 1095. ♂♀, VIII. 3241, & XI. 4314.

In Scania ad Lund, Räften & Illstorp d. 9 Jul.—14 Aug. ambo sexus passim observatus. (Ad Uskela Finland. ♂♀ freq., Mus. *Bonsdorff*; ad Carlsbad, *Thomson*).

♂♀. Caput argenteo-album, vitta frontali sæpe rufescente. Genæ nigro-pilosulæ, qua nota a *T. comta* quoque facile

distingvitur. Antennæ liberæ (epistomati non incumbentes), seta ultra medium indeterminate incrassata. Series setarum frontalium per setas 3 l. 4 infra antennas descendens. Ciliæ postoculares atræ. Abdominis pictura fere tessellas nigras & albas format, segmento ultimo apice raro rufo. Tibiæ interdum obscure rufæ. Cetera ut in Dipt. Scand.

93. *T. fulgens* Meig. Zett. III. p. 1096. ♂♀, & VIII. 3241.

♂♀. Antennarum articulus ultimus 2:do plerumque rufescente saltem dimidio longior, cuneiformis, apice truncatus. Genæ nigro-pubescentes. Nervi: longitudinalis 3:tius basi circiter 7-setulosus, transversus medius inter apices secundarii ex auxiliaris ductus, ordinarius obliquus, leniter flexus, longe ($\frac{6}{7}$) pone medium areæ ultimæ apice modice apertæ prope angulum insertus. Tibiæ sæpissime nigræ. Reliqua ut in Dipt. Scand. l. c.

94. *T. obliquata* Fall. Zett. III. p. 1097. ♀, & VIII. 3241.

94—95. *T. bellatrix* Zett. VIII. p. 3241. ♂♀.

95. *T. Puparum* Fabr. Zett. III. p. 1098. ♂♀.

96. *T. pellucida* Meig. Zett. III. p. 1099. ♂ (& ♀), VIII. 3242. ♂♀, & XII. 4695. ♂.

97. *T. rudis* Fall. Zett. III. p. 1100. ♂♀.

98. *T. strenua* Meig. Zett. III. p. 1101. ♂♀, VIII. 3243, & XII. 4696. ♂.

(Ad Kakkarais Finland. 1 ♀, *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*).

99. *T. vivida* Zett. III. p. 1102. ♂♀, VIII. 3243, & XI. 4314.

(In Finland. ad Eriksberg 3 mares, Mus. *Bonsdorff*).

100. *T. consobrina* Meig. Zett. III. p. 1103. ♂♀.

In Scania: ad Kungsmarken, Lindholmen, Illstorp & Söfdeborg d. 8—27 Jul. ♂♀ etiam in copula sat freq., *Roth*: ♀ in Gottland., Prof. *Boheman*; in Lapponia Umensi ad Tärna 1 ♂, *Holmgren*; in Lappon. Lulensi ad Quickjock ♀, *Boheman*, Mus. Holm. (In Finland. 1 ♂, & 1 ♀ (e Tavastia), Mus. *Bonsdorff*).

♂♀. Antennarum articuli 2 & 3 subæque longi, seta circit. ad medium indeterminate incrassata. Oculi perspicue hirti. Ciliæ postoculares sat longæ, nigræ. Series setarum frontalium utrinque in ♂ simplex, in ♀ duplex. Genæ nigropilosæ. Scutellum plerumque immaculatum, summo apice interdum rufescente. Abdomen in bene conservatis, cingulis subtribus albis. Alarum area apice distincte aperta. Nervi: longitudinalis 3:tius basi 2—5-setulosus, transversus ordinarius conspicue pone medium ($\frac{2}{3}$) areæ insertus. Angulus nervi 4:ti subdescendens. Spinula costæ nulla. Halteres obscuri. — Frons in ♂ paullo angustior quam in *T. virida* (99), atque flava. Reliqua ut in Dipt. Scand. l. c.

101. *T. 4-pustulata* Fabr. Zett. III. p. 1103. ♂♀, VIII. 3243. ♂♀, XI. 4314, & XII. 4696. ♂♀.

(In Finlandia ad Åbo & Eriksberg ♂ & ♀, Mus. *Bonsdorff*).

Antennarum seta longa, circiter ad medium leniter & indeterminate subincrassata.

Mas: fronte angustata, setis neque longis, neque validis, in simplici (*) serie dispositis; tarsorum ungvibus & pulvillis longiusculis;

Fem.: fronte fere duplo latiori, setis duplici serie dispositis, hujus interiori ut in ♂, exteriori vero tantum e setis tribus

(*) in Tom III:tio p. 1105. lin. 7 stat: simplici (♀), lege: simplici (♂),

validis conflata; tarsorum ungvibus pulvillisque breviusculis; in copula.

Var. b. ♂♀. III. p. 1104. Similis var. a., sed sæpe duplo & ultra minor, abdominis lateribus vix rufo-maculatis.

In Scania ad Fogelsång & Käften Jun. Jul. non raro.

Var. c. ♂. III. p. 1104.

102. *T. rubricornis* Zett. III. p. 1105. ♀. (*).

*102—103. *T. vulneraticornis* Zett. n. sp.: oblongo-ovata, cinerea, opaca, capite albido; fronte prominente, latiuscula (♀), vitta lata, nigra; antennis epistomate paullo brevioribus, nigris, articulo 2:do ultimo nonnihil breviore, apice ferrugineo, seta breviuscula ultra mediam incrassata; palpis flavidis; thoracis lineis subquatuor pedibusque nigricantibus; scutello apice rufo; abdomine olivaceo-maculato; alis hyalinis, basi subfuscis, nervis transversis ordinario & apicali lenissime flexis, angulo nervi 4:ti obtuso, area aperta, squamis subalaribus albis. ♀. (Long. 2 $\frac{3}{4}$—3 lin.).

Hab. in Scania boreali valde rara: in Umbellatis ad Glimåkra d. 14 Jun. 1858 duæ feminæ, & altera vice ad Bökestad d. 6 Jan. 1859 1 ♀, inventæ, *Roth.*

♀. Pictura antennarum articuli 2:di, & seta breviuscula crassa ab affinibus dignota. Frons manifeste prominens, cana, vitta nigra leniter albo-induta. Series setarum frontalium validarum utrinque duplex per setas 2—3 mediocres infra basin antennarum simpliciter continuata. Epistoma argenteo-micans, superne ad latera pilis exiguis nigris obsitum. Antennæ liberæ, validiusculæ, nigræ, articulo 2:do ultimo paullo

---

(*) p. 1106. lin. 3 stat: anguli, lege: angulo

breviore, apice superne ferrugineo-picto; articulo ultimo apice obliquo, seta articulum hunc longitudine parum superante, biarticulata, fere ad apicem incrassata. Os leniter reflexum. Palpi filiformes, lutei. Vibrissæ nullæ. Barba menti alba. Genæ argenteo-micantes. Thoracis lineæ anticæ 4 nigræ, parum distingvendæ. Abdomen ovatum, cinereum, certo situ olivaceo-maculatum seu marmoratum, setis ordinariis munitum. Alæ cinereo-hyalinæ, basi, & costa ex parte, fusco-flavidæ, inermes, nervo tantum 3:tio basi 3-setuloso; costæ spinula nulla. Nervi transversi: ordinarius distincte pone medium areæ apice apertæ insertus, obliquus, leniter flexus, apicalis fere rectus, vel tantum ad angulum lenissime flexus, nonnihil ante apicem alæ in costa excurrens. Angulus nervi 4:ti perspicue obtusus. Squamæ subalares & halteres tecti alba. Pedes simplices, fortiter nigro-spinosi, pulvillis mediocribus, albidis.

103. *T. affinis* Fall. Zett. III. p. **1106.** ♂♀, & VIII. 3243.

In Kungsmarken & Fogelsång d. 10 Jul. 1858 plures mares lecti a *Roth*; ♀ Holmiæ, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm. (In Finlandia ♀ rar., Mus. *Bonsdorff*).

Series setarum frontalium per setas 5—7 infra antennas descendit. Variant palpi basi nigri, apice plus minus late obscure flavi l. lutei.

104. *T. Bohemani* Zett. III. p. **1107.** ♀, & VIII. 3243.

105. *T. demens* Zett. III. p. **1108.** ♀.

Ad Lindholmen Scan. d. 11 Sept. 1856 unica ♀, *Roth*.

*105—106. *T. obesa* Zett. n. sp.: lata, ovata, cinerascens, opaca, capite argenteo-albo; fronte prominente, modice lata (♂), aut latiori, flava (♀), vitta sub-

angustata, atra; antennis longitudine fere epistomatis, linearibus, articulo ultimo 2:do triplo longiore, seta biarticulata, non ad medium incrassata, nigris: thoracis antico lineis 5, abdominisque incisuris tenuiter, lineaque dorsali, nigris; scutello rufo, basi obscuro: alarum nervo transverso ordinario leniter flexo, angulo nervi 4:ti subrecto; pedibus atris. ♂♀. (Long. saltem $3\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Suecia meridionali rarissime: scilicet ad Lindholmen Scaniæ d. 14 Jun. 1856 unum marem unamque feminam invenit *Roth*.

♂♀. Similis *T. dementi* (105), sed differt ab illa: magnitudine paullo majori, statura corporis paullo latiori, antennarum seta tenui, tantum ad basin, nec ultra medium, incrassata, alarum angulo nervi longitud. 4:ti magis recto, &c. — A *T. stulta* (106) corpore latiori, nec subcylindrico, &c. dignoscitur. — Inter majores. Frons paullo prominens, antice modice lata, versus verticem nonnihil angustata, serie setarum utrinque (juxta antennas) in ♂ subduplici, per setas 4—5 infra antennas continuata; tota in ♂ albida, in ♀ flava, vitta media modice angusta, atra. Antennæ lineares, liberæ, longitudine apicem epistomatis non omnino attingentes, totæ nigræ, seta gracili non usque ad medium leniter incrassata, nuda. Epistoma argenteum. Genæ non descendentes. Vibrissæ nullæ. Palpi flavi, basi nigri. Barba menti sat densa, alba. Thorax cinerascens, dorso lineolis 5 nigris, parum distinctis. Scutellum ferrugineum, basi nigrum. Abdomen ovatum, certo situ cinereum, segmento 1:mo toto, incisurisque omnibus anguste, lineaque dorsali, nigris; vel alio situ nigrum, fasciis 3 latis, interruptis, cinereis. In segmento 2:do macula utrinque in ♂ rufa, obsoleta. In segmentis 1, 2 & 3 (in ♂ & ♀) setæ majores paucæ (in singulo circiter 2); in 4:to plures. Anus simplex. Alæ hyalinæ, basi paullo infuscatæ. Area ultima mox ante apicem alæ distincte aperta. Nervus apicalis leniter flexus, transversus ordinarius paullo

pone medium areæ insertus. Nervus 3:tius longitudinalis inermis seu basi setis nullis. Spinula costæ deest. Squamæ subalares albidæ. Pedes simplices, toti nigri, pulvillis (♂) majusculis, sordide albidis.

106. *T. stulta* Zett. III. p. 1109. ♂♀.

(♀ etiam e Glogavia a D. *Zeller* communicata).

*106—107. *T. Porcula* Zett. n. sp.: oblonga, griseo-cinerea, opaca, capite argenteo-micante; fronte modice prominente, modice lata (♀), vitta latiuscula, nigra; palpis summo apice luteis; antennis epistomate nonnihil brevioribus, validiusculis, nigris, articulo ultimo 2:do triplo longiore, seta biarticulata, basi incrassata; thoracis lineolis 4 pedibusque nigris; alarum nervo transverso ordinario recto, angulo nervi 4:ti subrecto. ♀. (Long. circiter fere 3 lin.).

Hab. in Scania rarissime: ad Lindholmen d. 29 Jul. 1858 ♀ unica, *Roth.*

♀. *T. stultæ* (106) quodammodo similis, sed paullo minor, & scutello cinereo, nec rufescente, nervo transv. ordinario recto, nec inflexo, &c. distincta. Cinerea, opaca. Series setarum frontalium duplex per setas 3—4 infra antennas utrinque simpliciter descendens. Antennæ sublineares, seta longa, non ad medium incrassata. Os haud reflexum. Vibrissæ spuriæ. Palpi nigri, summo apice lutescente. Abdomen ovatum, setosum, cinereum, certo situ olivaceo-micans, incisuris tenuiter nigris. Alæ hyalinæ, basi leviter subfuscæ, subinermes, spinula costæ parva. Nervi: tranversus ordin. rectus, paullo pone medium areæ apice apertæ oblique insertus, apicalis paullo incurvus fere in apice alæ exiens. Squamæ subalares albæ, Pedes simplices, nigri.

106—107. *T. rufo-tibialis* Zett. XII. p. 4696. ♂.

*♀ similis ♂, sed serie setarum frontalium versus verticem duplici & abdominis lateribus non rufis discre-

pans, in Lapponia Lulensi ad Qvickjock inventa, huc certe pertinet, Mus. Acad. Holm. — Macula supra antennas pallida in utroque sexu manifesta.

*106—108. *T. ferrugineo-tibialis* Zett. n. sp.: grisea, opaca, capite concolore; fronte subprominente, lata (♀), vitta nigra; antennis longitudine fere epistomatis nigricantibus, articulis basalibus fusco-ferrugineis, seta ad medium incrassata; thorace lineolis 4 nigris, lateralibus interruptis; abdominis segmentis 1:mo toto, 2 & 3 margine apicali anguste, lineaque media nigris; pedibus nigro-cinereis, tibiis ferrugineis, tarsis atris; alarum nervo transverso ordinario leniter flexo, angulo nervi longit. 4:ti subobtuso, area in apice alæ terminata. ♀. (Long. 3 lin. & ultra).

Hab. in Scania valde rara: ad Lindholm d. 7 Jun. 1856 unica femina, & altera ad Ringsjön Jun. 1858, ambæ a *Roth* captæ.

♀. *T. rufo-tibiali* accedit, sed corpore paullo minore, præsertim angustiore, colore cinereo magis in flavidum vergente, antennis nonnihil angustioribus, articulis 1 & 2 subrufescentibus, nec nigris, serie setarum frontalium per setas tantum 3 l. 4 (nec 5 l. 6) utrinque descendente, lineolis thoracis nigris tenuioribus, scutello cinereo, nec ferrugineo, abdomine lateribus non rufo-maculato, &c. dignota. A *T. Bohemani* (104), cui etiam quodammodo similis, magnitudine minore, thorace, scutello abdomineque aliter coloratis &c. differt. — Caput griseum, parum nitens. Antennæ incumbentes, nec liberæ, articulo ultimo 2:do saltem quadruplo longiore, angulo apicali superno acuto. Os non reflexum. Vibrissæ nullæ. Palpi flavi. Genæ paullo descendentes. Barba menti parcior, alba. Thoracis lineæ 4 tenues, nigræ, æqualiter distantes, mediæ a capite & nonnihil ultra medium dorsi ductæ, laterales interruptæ, relictis pro singula tantum

lineolis 2 abbreviatis, una ante & altera post impressionem transversam. Alarum nervus transversus ordinar. paullo pone medium areæ ultimæ, apice anguste apertæ, insertus. Spinula costæ nulla. Nervus 3:tius longitudinalis ad basin 3-spinulosus, Squamæ subalares sordide albidæ. Halteres testacei. Pedes ut in diagnosi.

107. *T. Ruficauda* Zett. III. p. **1110.** ♂♀, & VIII. 3244.

(In Finland. ♀ non raro, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂. III. p. 1110.

108. *T. dubia* Fall. Zett. III. p. **1111.** ♂♀.

In Lappon. ad Tärna mense Jul. 1856 feminæ 2, *Holmgren.*

Ciliæ postoculares sat longæ, nigræ. Antennæ incumbentes. Barba menti alba. Alæ ad basin infuscatæ. Interstitium inter nervos secundarium & auxiliarem ad costam fuscedine quoque repletum. Ipse angulus nervi 4:ti longitudinal. subrectus. Spinula costæ vix ulla vel minuta, plerumque incumbens. Squamæ subalares albæ, interdum sordide albidæ. Oculi distincte hirti. Thorax antice lineolis 4 tenuibus, nigris. Alarum nervi: longitudinalis 3:tius basi 3-setulosus, transversus medius inter apices secundarii & auxiliaris ductus. Reliqua ut in Dipt. Scand. l. c.

109. *T. Radicum* Fabr. Zett. III. p. **1113.** ♂♀, & VIII. 3244.

In Westrogoth. ad Gothoburgum versus finem Jul. & initio Aug. ♂ parcius, *Malm.* (In paroec. Uskela Finland. ♀ freq., Prof. *Bonsdorff*).

Frontis series setarum mediocrium in ♂ simplex, in ♀ duplex, exterior setis validis.

110. *T. intermedia* Zett. III. p. **1114.** ♂♀, VIII 3244, & XII. 4697. ♂.

In Scania ad Fogelsång d. 17 Jun. ♂., Mus. Lund.; ♀ ad Ringsjön d. 4 Jun. 1858.

In ♂ genæ sæpe carneæ. Abdominis cingulæ 2 albæ ad basin segmentorum 2:di & 3:tii valde obsoletæ, ita ut abdomen fere totum nigrum nitidum subunicolor videatur.

Var. b. ♂. scutello toto nigro. XII. p. 4697.

In Scania ad Ljungby d. 23 Maj 1853 semel.

111. *T. caesia* Fall. Zett. III. p. 1115. ♂♀, & XII. 4697. ♂♀.

Ad Balsberget Scan. borealis d. 11 Jun. 1858. ♀ raro.

(In Finlandia ♂ & ♀, Mus. *Bonsdorff*).

*111—112. *T. strigiceps* Zett. n. sp.: obscure cæsia, subnitida, capite argenteo micante, epistomatis lateribus strigis distinctis transversis nigris; fronte prominente, lata (♀), vitta lata, atra; antennis breviusculis, nigris, articulo ultimo prismatico longitudine 2:di, seta biarticulata, ad medium incrassata; thoracis vittis 5 anticis, abdominisque fasciis 3, albidis, obsoletis; alarum nervi 4:ti longitudinalis angulo subrecto. ♀. (Long. 4 lin.).

Hab. in Scania: ad Illstorp d. 14 Jun. 1857 semel capta, *Roth*.

♀. *T. caesiæ* (n:o 111) magnitudine, statura, colore, nervorum directione &c. valde propinqua & similis, antennarum vero articulis ultimis æque longis, ultimo prismatico, alarum angulo nervi longitud. 4:ti magis recto, ut & præcipue epistomatis pictura laterali (nota priva), distincta. A *T. conjugata* (112—113), cui quoque affinis, magnitudine minore, alarum area latius aperta, ut & epistomatis pictura eximia differt. — Frons cum setis ut in *T. cæsia*. Antennæ epistomate nudo, subargenteo nonnihil breviores, liberæ,

nigræ, articulis 2:do & 3:tio æque longis, horum ultimo prismatico, seta biarticulata (*), ad medium indeterminate incrassata, tota nuda. Epistoma declivum, antice paullo reflexum, ad latera utrinque striis circiter octo, transversis, perspicuis, nigris. Genæ nigro-pilosæ. Palpi nigri. Oculi distincte hirti. Thorax antice cinereo-albido-micans, vittis 4 nigris, dorso toto valide setosus. Scutellum nigrum, summo margine vestigio maculæ rufæ. Abdomen ut in *T. cæsia* ovatum, nigrum, fasciis 3 albidis latissime interruptis, vix nisi in maculis lateralibus utrinque tribus relictis albis conspiciendis; segmentum 1:mum breve, inerme, immaculatum, 2:dum disco setis 6, & 3:tium 4:tumque plurisetosa, setis omnibus validis. Alæ hyalinæ, basi subfuscanæ. Nervi: transversus ordinarius leniter flexus, obliquus, paullo pone medium areæ ultimæ distincte apertæ insertus, longitudinalis 3:tius basi 4—5-setulosus. Area mox ante apicem alæ educta. Pedes nigri, spinosi, femoribus subtus, anticis longe pilosis, posterioribus pilosis, & distincte setosis. Tarsi inermes, nonnihil dilatati. Ungves & pulvilli mediocres.

112. *T. connivens* Zett. III. p. **1116.** ♂, & VIII. 3244.

*Feminam mari similem, sed fronte multo latiore, vitta brunneo-atra & serie setarum utrinque duplici diversam, Holmiæ a Profess. *Boheman* captam, huc refero.

112—113. *T. conjugata* Zett. XII. p. **4697.** ♂♀.
Alarum area ultima apice multo angustius aperta quam in *T. cæsia* (III).

113. *T. protuberans* Zett. III. p. **1116.** ♂♀.

In fol. fruticum ad Rössjöholm Scan. borealis d. 16 Jun. 1857 ♂ unicus, & alter ad Glimåkra d. 14 Jun.

(*) forte ita etiam in *T. caesia* & affinibus.

1858, *Roth*; in florib. Umbellatar. ad Baggeboda Blekingiæ d. 4 Jun. 1859 ♂ semel captus ab eodem.

Ut hæc species ab affini *T. congenita* (113—114) dignoscatur, finis diagnoseos ita muletur:

alis cinereis, basi flavescentibus, nervi long. 4:ti angulo subarcuato, nervo transverso ordinario nonnihil flexo, paullo pone medium areæ ultimæ inserto, area modice aperta, mox ante apicem alæ terminata. ♂♀. (Long. 3 lin.).

♂♀. Antennarum seta biarticulata. Palpi exserti. Genæ nigrohirtæ. Nervi: 3:tius longitudin. basi pauci- circiter 3-setulosus, transversus ordinar. nonnihil flexus, subperpendicularis, paullo pone medium (circ. $\frac{2}{3}$) areæ ultimæ insertus. Area apice modice aperta, fere in apice vel mox ante summum apicem alæ terminata. Curvatura nervi 4:ti angulo subrotundato flectitur. Squamæ subalares flavido-albidæ. Halteres flavi, tecti. Cetera ut in Dipt. Scand.

*Var. b. ♂. Monstrosa? Similis var. a., sed alæ per nervulum longitudinalem abbreviatum, liberum, in interstitio inter nervos longitudinales 3 & 4 auctæ.

In Scania boreali ad Torekow prope litus maris 2 mares d. 13 Jun. 1857 detexit *Roth*.

♂. Magnitudo, color, pictura, armatura, structura & proportio partium exacte eadem ut in var. a., sed nervi alarum per nervulum addititium non solum in utraque ala, verum etiam in ambobus speciminibus similem aucti, insigniter a varietate genuina discrepant, & ejusmodi nota in nulla alia specie (*) hujus vastæ familiæ, quantum novi, obtinet. In disco scilicet seu in interstitio inter nervos longitudinales 3 & 4, ante insertionem nervi transversi ordinarii, ducitur nervulus utrinque abbreviatus, omnino liber, longitudinaliter

(*) excepta quodammodo *Tach. duplinervi* n:o 143.

rectissimus, circiter 2 lineas longus. Præterea area ultima in summo apice alæ terminata paullo latius est aperta, quam in varietate a. Si igitur propria species sit, observationes in posterum docebunt. Interea cum e *defectu* cujusdam nervi species propria formatur (ex gr. *Tachin. antiqua* Meig., *Actia leucoptera* Meig., & plures), *excessus* nervi (si constans est) æquo jure ad constituendam speciem diversam valere posse videtur.

113—114. *T. congenita* Zett. n. sp.: obscure griseo-cinerea, opaca, fronte concolore, prominente, modice lata (♀), vitta atra, epistomate sordide albido; antennis brevibus, nigris, articulo ultimo subquadrato 2:do paullo longiore, seta biarticulata, non ad medium incrassata; thoracis lineolis 4 pedibusque nigris; alis cinereis, basi flavis, nervis longitudinali 4:to angulo rotundato flexo, transverso ordinario subrecto, fere in medio areæ ultimæ inserto, area subocclusa, in summo apice alæ terminata. ♀. (Long. 2 ¼ — 2 ½ lin.).

Hab. in Scania boreali, ad Torekow d. 13 Jun. 1857 in nonnullis speciminibus femineis collectis a D. *Roth* detecta.

♀. A *T. protuberante*, cui sat affinis & statura, armatura, colore &c. similis, sed magnitudine constanter minore, antennis nonnihil brevioribus, oculis subtilius hirtis atque imprimis nervo transverso ordinar. lenius flexo, fere in medio areæ ultimæ inserto, & denique area ultima subocclusa in summo apice alæ terminata, certe differt, nec ut varietas pygmæa *protuberantis* consideranda. — Frons modice lata, grisea, vitta media latiuscula, nigra. Series setarum modice validarum utrinque duplex, infra antennarum basin non descendens. Antennæ epistomate distincte breviores, latæ, nigræ, seta nuda, biarticulata, articulo 1:mo brevi, angusto, 2:do tantum basi incrassato. Palpi exserti, nigri. Oculi tenuiter hirti. Thorax

griseus, lineolis 4 tenuibus, nigris. Scutellum griseum. Abdomen ovatum, flavido-griseum, incisuris segmentorum anguste nigris. Alæ cinereæ, basi (circiter ad nervum transvers. medium) indeterminate flavæ. Nervi: longitudinalis 3:tius basi subinermis; transversi: medius apici auxiliaris oppositus, ordinarius parum obliquus parumque flexus fere in medio l. mox pone medium areæ ultimæ insertus. Area haud aperta, in summo apice alæ educta. Spinula costæ parva. Squamæ subalares mediocres, flavido-albidæ. Halteres flavi, parum tecti. Pedes simplices (tarsis anticis vix dilatatis), nigri. Ungves & pulvilli parvi.

*113—115. *T. piliceps* Zett. n. sp.: obscure cinerea, opaca, capite sordide cinereo, undique, epistomatis area media excepta, setuloso, vibrissis nullis; fronte leniter prominente, modice lata, vitta grisescente; antennis epistomate paullo brevioribus, nigris, articulo ultimo 2:do circiter duplo longiore; thoracis lineolis abdomineque nitente nigris, hoc fasciis 3 latiusculis albidis; alis cinereo-hyalinis, ad costam subfumatis, nervi longitudinalis 4:ti angulo subobtuso; pedibus nigris. ♀. (Long. circit. $2\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Lappon. Lulensi ad Quickjock, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

♀. Similis quodammodo *T. protuberanti* (113), sed paullo minor, et antennis angustioribus, capite fere toto setuloso (nota priva), abdomine albido fasciato, alis basi subfumatis, nec flavescentibus, &c. satis superque dignota. Frons sordide cinerea, utrinque duplici serie setosa, interiori serie in lateribus epistomatis usque ad genas descendente. Vitta frontalis striata, nigricans, alio situ grisea. Antennæ subincumbentes, articulo ultimo sublineari, apice oblique truncato, seta biarticulata. Epistoma subperpendiculare, apice leniter reflexum. Palpi nigri. Genæ infra oculos descendentes, pilosulæ. Oculi non magni, tenuissime puberuli. Thorax dorso

lineis 4 obscuris. Scutellum immaculatum. Abdomen oblongo-ovale, nigrum, subnitidum, segmentis omnibus subæque longis, 2, 3 & 4 basi fascia latiuscula, integra, glauco-albida, omnibus in medio & lateribus setosis. Alæ basi & ad costam subfumatæ. Nervi transversi: medius apici auxiliaris oppositus, ordinarius nonnihil pone medium areæ insertus, sat perspicue flexus, apicalis paullo incurvus, fere in summo apice alæ excurrens. Area apice leniter aperta. Spinula costæ minuta. Squamæ subalares albæ. Halteres pallidi. Pedes spinulosi, nigri.

114. *T. fumata* Zett. III. p. 1117. ♂.

In Oelandia ♂ a D. *Holmgren* semel captus, Mus. Acad. Holm.

115. *T. linearicornis* Zett. III. p. 1118. ♀, & VIII. 3244. ♂♀.

116. *T. fimbriata* Meig.? Zett. III. p. 1119. ♂♀, VIII. 3244, & XII. 4698. ♂♀.

In Scania boreali ad villam Nyteboda d. 18 Jun. 1858. mas unicus, *Roth*; ♂♀ in Suecia (Holmiæ & in Hallandia), Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

Obs. Halteres tecti, nigri. — Sat similis *T. tricingulatæ* mihi n:o 145. ♂ abdominis lateribus sæpe rufo-maculatis.

117. *T. Westermanni* Zett. III. p. 1120. ♂ (& ♀), & VIII. 3245. ♀.

*117—118. *T. Bonsdorffi* Zett. n. sp.: oblonga, obscure cinerea, opaca, epistomate albo; fronte paullo prominente, subangustata (♂), cinerea, vitta latiuscula, nigra; antennis longitudine fere epistomatis, validis, nigris, articulo ultimo 2:do quintuplo longiore, seta biarticulata, non ad medium incrassata; vibrissis infernis; thoracis lineis 4 nigris; scutello fere toto rufescente; abdomine dorso griseo, certo situ maculis olivaceis, se-

gmento 1:mo toto reliquisque margine apicali lineaque media nigris; nervis transversis: ordinario recto, apicali leniter incurvo; squamis subalaribus albidis; pedibus nigris, tibiis rufo-testaceis. ♂. (Long. 3 $\frac{1}{4}$ lin.).

Exoristæ species Meig.

Hab. in Gottlandia rarius: ad Fardume mares 6 invenit Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

♂. Similis *T. Westermanni* (117), sed antennis nonnihil brevioribus, seta non usque ad medium incrassata, fronte paullo magis prominente, scutello tibiisque rufescentibus, ut & nervo transverso ordinario magis recto, apicali lenius incurvo, facile dignoscenda. A *T. vulgari* (140) ejusque affinibus, quibus quoque similis, corpore magis oblongo, fronte distinctius prominente, antennarum magnarum & incumbentium seta biarticulata, scutelli tibiarumque colore, nervo apicali nonnihil magis incurvo &c., distincta. — Frons prominens, cana, vitta brunneo-atra, serie setarum haud validarum utrinque simplici per setas 4—5 nonnihil validiores infra antennarum radicem continuata. Epistoma perpendiculare, album, margine apicali parum prominulo, inferne vibrissatum, vibrissis tantum ad $\frac{1}{4}$, minime ad medium, adscendentibus. Palpi nigri. Genæ albæ, immaculatæ. Oculi manifeste & dense hirti. Thoracis lineæ 4 nigræ postice evanescentes. Scutellum rufum, basi anguste nigrum. Abdomen ablongo-ovatum, ut in *T. Westermanni* setosum; basi utrinque vestigio maculæ rufæ. Venter cinereus. Alæ hyalinæ, basi leniter fuscæ. Nervus transv. ord. paullo pone medium areæ insertus; area paullo ante apicem alæ educta, modice aperta. Spinula costæ nulla. Squamæ subalares albidæ. Halteres tecti, ni fallor flavi. Pedes nigri, tibiis præsertim posterioribus rufo-testaceis, basi apiceque anguste fuscis. Pulvilli manifesti.

118. *T. cornuta* Zett. III. p. 1121. ♂♀.

Ad Lund. Scaniæ d. 4 Aug. ♀ unica, Mus. Lund

119. *T. spernenda* Zett. III. p. 1122. ♂.

120. *T. diligens* Zett. III. p. 1122. ♀, VIII. 3245. ♂♀, & XII. 4699. ♀.

(In Finland. ad Uskela ♂♀ raro, Mus. *Bonsdorff*).

120—121. *T. fulvifrons* Zett. n. sp.: oblonga, caesia, subnitens, epistomate ex glauco albido; fronte leniter prominente, lata, nigra, vitta lata, fulva; antennis longitudine epistomatis, validiusculis, nigris, articulo ultimo 2:do vix triplo longiore, seta ad medium incrassata; scutello apice rufo; pectore abdominisque fasciis 3 obsoletis albo-cinereis; alarum nervis transversis: ordinario parum flexo, apicali lenissime incurvo, mox ante apicem excurrente, squamis subalaribus albis; palpis pedibusque nigris, tibiis posticis piceis. ♀. (Long. saltem 2 lin.).

Hab. in Smolandia, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

♀. Color corporis dominans nigro-cæsius, pictura obsoleta, vitta frontalis fulva, scutelli apex rufus, ut & tibiæ posticæ obscure rufescentes speciem ab affinibus distinguunt. *Exoristæ (Tachinæ) temeræ* Meig. accedere videtur, sed frontis, scutelli, tibiarumque pictura statim dignota. — Inter minores. Frons lata (♀), lateribus nigra, nitida (vix detrita?), serie setarum duplici per setas utrinque 4 infra antennarum basin descendente, vitta media sat lata, determinate fulva, macula verticis nigra. Antennæ incumbentes. Epistoma subperpendiculare, glaucescenti-album, apice testaceum, inferne vibrissis paucis tenuibus, spuriis. Thorax supra vix albido-vittatus, subtus & humeris cinerascens. Scutelli limbus apicalis rufus. Abdomen nitidum, nigro-cæsium, segmentis 1:mo brevi, 4-setoso, nigro, reliquis margine basali sat late, sed obsolete albido, dorso disco & lateribus plurisetosis. Alæ hyalinæ, basi leniter fumatæ. Nervi transversi: medius mox pone

apicem secundarii ductus, ordinarius nonnihil pone medium areæ apice modice apertæ insertus. Squamæ subalares albæ. Halteres obscuri. Pedes simplices, ut in diagnosi. Similis *T. straminifronti* (142), sed corpore magis oblongo, colore nigro-cæsio, tibiis posticis subrufescentibus discedens.

121. *T. praetervisa* Zett. III. p. 1123. ♀, & XII. 4699. ♀.

Ad Ringsjön Scan. ♂ d. 4, & ♀ d. 24 Jun. raro., Mus. Lund.; ♀ Holmiæ freq. ♂ raro, Mus. Acad. Holm.

Similis *T. vulgari* (137), sed alarum nervus apicalis paullo magis flexus. Variat fronte grisea.

♂ paullo minor, angustior, fronte paullo angustiore, serie setarum nonnihil validarum utrinque simplici.

122. *T. assimilis* Fall. Zett. III. p. 1124. ♂♀, XI. 4314, & XII. 4699.

Thorax vittis 4 nigris. Antennarum seta non usque ad medium, sed sat determinate incrassata. Alarum nervus longitud. 3:tius basi bisetosus. — ♂ sæpe magnus, longitudinem circiter 5 linear. interdum attingit & tunc cum *T. grandi* (85) non commiscenda.

Var. b. ♂♀. III. p. 1124, & XII. 4699.

♂,♀. ad Holmiam Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holmiæ.

Var. c. ♂. III. p. 1124.

*Var. d. ♀. Similis var. a., sed frontis epistomatisque lateribus griseis, nec albidis, scutelli tantum summo apice rufescente, ut & abdominis nigri fasciis 3 albidis, non olivaceo-tessellatis, diversa. An propria species?

In Lapponia Lulensi ad Quickjock a Prof. *Boheman* semel capta, Mus. Acad. Holm.

123. *T. obscura* Fall. Zett. III. p. 1125. ♂♀. & VIII. 3245.

124. *T. lata* Zett. III. p. 1126. ♀.

125. *T. inepta* Meig.? Zett. III. p. 1127. (♂ & ♀). Mas unicus ad Lindholmen Scan. d. 17 Jul. 1856 a D. *Roth* inventus cum descriptione in Dipt. Scand. l. c. plene conveniens. In Scandinavia hactenus tantum ut Norvegiæ rarissima incola hæc species cognita.

126. *T. pumicata* Meig. Zett. III. p. 1128. ♂♀, VIII. 3245, & XI. 4315.

Ad Holmiam, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm. (In Finland. ad Eriksberg 3 mares, Mus. *Bonsdorff*).

Corpus majusculum, ovatum, caesium.

*126—127. *T. rufiscutellaris* Zett. n. sp.: oblongo-ovata, nigra, nitens, capite glauco-argenteo; fronte modice prominente, lata, nigra, vitta latiuscula, obscure ferruginea: antennis longitudine epistomatis, articulo ultimo 2:do quadruplo longiore, seta longa, biarticulata, paullo ultra medium incrassata; scutello ferrugineo, basi nigro; abdomine fasciis 3 interruptis albidis, subobsoletis; alarum nervis transversis: ordinario subflexo, apicali leniter subincurvo; pedibus nigris. ♂♀. (Long. circit. 3 ½ lin.).

Hab. in Suecia rarissime: in Smolandia a Prof. *Boheman* detecta & in Museo Acad. Holmiensi conservata, e pupa ovali, nuda, brunnea, nitida exclusa.

♂♀. Similis quodammodo *T. pumicatæ* (126), sed paullo major & vitta frontali ferrugineo-lutea, nec atra, antennarum seta longius incrassata, scutello latius rufo, pedibus totis nigris, nec tibiis testaceis, &c. vere distincta. — Antennæ magnæ, longitudine epistomatis, latæ, compressæ, nigræ,

apice subtruncatæ, seta ordinaria longitudine antennæ, paullo ultra medium indeterminate incrasata, tota nuda. Vibrissæ mediocres, nonnihil (saltem in ♂) supra medium epistomatis adscendentes. Palpi nigri. Genæ striga infra oculos fulva. Oculi mediocriter hirti. Thorax subcærulescenti-niger, subnitidus, antice vittis subinchoantibus obsoletis & humeris plumbeis. Pectus schistaceum. Scutellum nitens, flavo-ferrugineum, basi non late, sed determinate nigrum; in disco quoque maculæ 2 irregulares fuscæ adsunt. Abdomen sub-cærulescenti-nigrum, subnitidum, segmentis 1:mo toto atro, tribus reliquis certo luminis situ margine basali late cinereo-albo-micantibus, linea dorsali nigra. In segmento 2:do macula utrinque ferruginea (in ♂). Anus ater. Alæ hyalinæ, basi infuscatæ. Nervi transversi: ordinarius leniter flexus, pone medium areæ ($\frac{2}{3}$) insertus, apicalis ad angulum leniter (interdum lenissime) curvatus, deinde rectus paullo ante apicem alæ in costa excurrens. Area modice aperta. Squamæ subalares albæ. Halteres nigri. — *Phorocerœ* species Macq.

Obs. Caveas ne hanc cum *Tach. mobili* (n:o 167) sat simili confundas.

127. ***T. excisa*** Fall. Zett. III. p. **1130.** ♂♀.

In Scania specimina plura, mascula ad Illstorp & Rössjöholm, & ambos sexus ad Klinta prope Ringsjön d. 4 Jun.—21 Jul. 1857 legit *Roth.*

♂♀. Valde similis *T. excavatæ* (28), a qua tamen fronte minus prominente ut & distincte angustiore præcipue & facile dignoscitur. Alæ quoque sæpissime (non vero semper) in *T. excisa* basi flavidæ. Thorax dorso plerumque lineis 4 æquali spatio remotis, nigris ornatur, interdum vero lineolis 5, quarum tribus mediis nonnihil approximatis, obscuris notatus. Tales varietates promiscue occurrunt. Alarum nervus transvers. medius nonnihil pone apicem secundarii ductus. Setulæ in basi nervi longitudinal. 3:tii paucæ (2), plerumque detritæ.

128. *T. excavata* Zett. III. p. 1131. ♂♀, VIII. 3245. & XII. 4699.

129. *T. festinans* Meig. III. p. 1132. ♀, & XI. 4315.

In Kungsmarken inter Lund & Fogelsång Scaniæ d. 12 Jul 1858 specimen unicum femineum deprehendit *Roth*.

♀. Oculi tenuissime & parcissime hirtuli. Antennarum articulus 2:dus griseus, seta non usque ad medium indeterminate incrassata. Vitta frontalis (in specimine scanico) haud lata. Pedes cinereo-micantes. De cetero ut in Dipt. Scand. l. c.

130. *T. argentifera* Zett. III. p. 1133 (per errorem *argentigera*). ♀, & XII. 4699. ♀.

♀ in Scania parce lecta, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

Scutellum rufum, basi anguste nigrum.

Obs. Nonnulla specimina feminea, hactenus cognitis nonnihil majora, antennarum articulo ultimo 2:do quadruplo longiore, & serie setarum frontalium utrinque per setas 3—5 infra antennas descendente insructa, in floribus Chærophylli silvestris ad Raby & Fogelsång prope Lund d. 1 Jul. 1857, & 12 Jul. 1858 a D. *Roth* inventa; de cetero a specie normali minime diversa. — Oculi hirti. Alarum nervus 3:tius longitudinalis basi 3-setulosus. Spinula costæ nulla. Scutellum rufescens. Abdomen cano-cinereum, segmento 1:mo toto, reliquorum incisuris tenuiter, lineaque dorsali angusta nigris; ut in *T. villica* (161) setosum.

*130—131. *T. Saltuum* Meig. n. sp. pro Fauna Scandin.: oblongo-ovata, griseo-cinerea, opaca, epistomate argenteo; fronte prominente, lata (♀), vitta latiuscula, atra; antennis longitudine fere epistomatis, linearibus, nigris, articulo ultimo 2:do saltem triplo longio-

re, seta tri? - articulata, nonnihil ultra medium incrassata; thoracis lineis 4 pedibusque nigris; scutello rufescente; abdomine griseo, olivaceo-marmorato, segmento 1:mo toto, reliquorum margine apicali lineaque dorsali nigris; alis hyalinis, nervis transversis: ordinario flexo, apicali recto. ♀. (Long. 3-3¼ lin.).

Meig. Dipt. Europ. 4. 329. 155. ♀. — Zett. Dipt. Scand. XII. p. 4699. in *Observ.* sub *T. argentifera.* — *Exorista Saltuum* Meig. Dipt. Europ. 7. p. 255. ♀.

Hab. in Scania rarissime: ♀ in Umbellatis ad Fogelsång d. 12 Jul. 1858 cum *T. argentifera* a *Roth* semel capta; ♂ unicus in amentis Salicis viminalis ad Råby prope Lund. d. 21 Maj 1859 ab eodem lectus.

♀. *T. argentiferæ* certe affinis & similis, sed imprimis per abdominis colorem & picturam distincta videtur. — Frons distincte prominens, lata, antice argenteo-micans, postice cum vertice flavido-grisea. Series setarum frontalium mediocrium duplex per setas 3—4 simpliciter infra antennarum basin utrinque descendit. Antennæ epistomate nonnihil breviores (in specimine Altenburgensi epistomatis fere longitudine), seta longitudine antennæ, paullo ultra medium incrassata, triarticulata videtur. Vibrissæ nullæ. Palpi luteoflavi. Barba menti brevis, haud copiosa. Thoracis lineæ anticæ 4 nigræ, parum distingvendæ. Scutellum rufescens, ima basi nigricans. Abdomen flavido-griseum (nec cinereocanum), certo situ olivaceo-micans, segmento 1:mo toto, reliquorumque incisuris & linea dorsali nigris; setis ordinariis vestitum. Anus niger. Alæ hyalinæ, basi lenissime infuscatæ, inermes, nervo tantum 3:tio basi 3-setuloso. Spinula costæ nulla. Nervi transversi: ordinarius obliquus, paullo flexus paulloquæ pone medium areæ insertus, apicalis rectus, manifeste ante apicem alæ in costa exiens. Angulus nervi 4:ti leniter obtusus; area apice manifeste aperta. Squamæ

subalares albæ. Halteres fusco-testacei, clava obscuriore. Pedes simplices, nigri, spinosi præsertim tibiis.

♂ similis feminæ, a qua serie setarum frontalium utrinque simplici diversus.

*131. *T. bicingulata* Zett. III. p. 1133. ♀.

*131—132. *T. bizonata* Zett. n. sp.: ovata, cinerascens, opaca, capite albo; fronte leniter prominente, latiuscula (♀), flavida, vitta nonnihil lata, nigra, serie setarum infra antennas haud longe descendente; antennis longitudine epistomatis, linearibus, nigris, articulo ultimo 2:do triplo longiore, seta biarticulata, fere ad medium incrassata; palporum apice flavo; thoracis lineis 4 nigris; scutello rufescente; abdomine atro, nitido, segmentis 2 & 3 fascia basali lata, cinereo-grisea, lineola media nigra; pedibus nigris; alis hyalinis, nervis transversis subrectis, area aperta, distincte ante apicem alæ terminata. ♀. (Long. fere 3 lin.).

Hab. in Scania, ad diversorium Sjöbo d. 20 Jul. 1857 semel capta, *Roth*; ad Holmiam, Mus. Acad. Holm.

♀. *T. excisæ* (127) & *bicingulatæ* (131) similis & affinis; sed ab illa magnitudine nonnihil minore, fronte paullo latiore, setis frontalibus validioribus, pedibus totis nigris, nec tibiis testaceis, alis basi non flavidis, area ultima nonnihil longius ante apicem alæ educta &c., ab hac magnitudine nonnihil majore, corpore magis ovato, serie setarum infra antennas brevius continuata &c., atque ab ambabus nervo transverso ordinario magis recto, differre videtur. Caput album. Frons sat lata, læte flavida, opaca, serie setarum validarum utrinque duplici munita, interiori per setas tantum 3 infra antennarum continuata, non usque ad epistomatis medium descendente; exteriori e setis duabus (præter setam verticis reversam) anterius curvatis constante. Antennæ longitudine epistomatis,

incumbentes, sat valide lineares, apice oblique rotundatæ, totæ atræ, seta vix ad medium incrassata. Epistomatis margo apicalis parum reflexus. Vibrissæ nullæ. Palpi nigri, apice (extra os) flavi. Genæ angustæ, nigro-hirtæ. Barba solum menti alba. Oculi sat magni, oblongi, præsertim in parte inferiore distincte hirti. Thoracis lineolæ anticæ 4 tenues, nigræ, æquali spatio remotæ. Scutellum rufescens, apice subtestaceum. Abdomen ovale, nitidum, atrum, segmentis 2 & 3 fascia basali latissima, sordide cinereo-grisea, subopaca, per lineolam mediam nigram interrupta. Segmentum 1:mum quoque opacum, breve, in medio excavatum & bisetosum, 2:dum & 3:tium margine apicali setis pluribus validis munita, ultimum multisetosum. Venter ater, nitidus. Alæ hyalinæ, basi leniter subfuscæ. Nervi: 3:tius longitudinalis basi bisetulosus; transversi: medius mox pone apicem secundarii ductus, ordinarius obliquus, subrectus, distincte pone medium (ad $\frac{2}{3}$) areæ ultimæ insertus, apicalis quoque subrectus. Angulus nervi 4:ti subrectus l. lenissime obtusus. Area apice modice aperta, sat perspicue ante apicem alæ terminata. Spinula costæ nulla. Squamæ subalares albæ, basi summo margine subflavidæ. Halteres toti nigri, clava depressa, superne pallida. Pedes toti nigri, setosi & pilosi, tarsis simplicibus (non dilatatis), inermibus pulvillisque parvis. — Species sub genere *Exorista* Meig. militans.

132. *T. albicans* Fall. Zett. Ill. p. 1134. ♀.

*Var. b. ♀, similis var. a., sed magnitudine paullo minore (vix 1 $\frac{1}{2}$ lin. long.), antennis basi fuscis, nec rufescentibus, vitta frontali nigra, nec brunnea l. ferruginea, alarum nervo transverso apicali prope angulum leniter flexo, ut & tibiis anticis nigricantibus l. obscuris, nec tibiis omnibus testaceis, differt.

Hab. in Scania ad Lund, ubi d. 26 Maji 1855 specimen descriptum invenit clar. *Roth.*

♀. Ciliæ postoculares nigræ. Oculi mediocriter hirti. Scutellum canescens, puncto apicali testaceo nullo. Abdominis segmentum 1:mum canum, alio situ nigrum, 2:dum & 3:tium margine apicali nigro. Pedes nigri, tibiis posterioribus sordide flavo-testaceis. — Vix species distincta. ♂ deest.

*132—133. *T. clausa* Zett. n. sp.: oblonga, cinerascens, parum nitens, epistomate albo; fronte parum prominente, modice lata, vitta modice lata, fusco-cinerea; antennis epistomate nonnihil brevioribus, seta biarticulata, basi incrassata; thorace lineis 4 obscuris; abdomine nigro, subnitido, fasciis 3 albescentibus; alis hyalinis, nervis transversis: ordinario paullo ante medium areæ occlusæ inserto, recto, apicali recto, fere in apice alæ excurrente; pedibus nigris. ♀. (Long. circit. 1 $\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. Holmiæ rarissime, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

♀. Parva, antennis pedibusque totis nigris, illarum seta tantum ad basin incrassata, scutello cinereo, immaculato, palpis filiformibus, flavis, alarum area media angustata, occlusa, fere in summo apice alæ exeunte, ut & nervo transverso ordinario recto, paullo *ante* medium areæ inserto, ab affinibus distingvitur. — Frons non multo lata, opaca, cinerea, vitta modice lata, sordide nigricante, serie setarum sat validarum duplici, per setas 2 infra antennarum basin descendente. Antennæ incumbentes, seta capillari, oculo acutissime armato vix visibiliter puberula, non usque ad medium leniter incrassata. Epistoma subretusum, inferne vibrissatum, vibrissis utrinque non usque ad medium assurgentibus. Seta mystacina utrinque tantum unica, sed setulæ oris plures. Os non reflexum. Barba menti alba. Oculi tenuissime puberuli. Thorax obscure cinerascens, subopacus, dorso setosus. Abdomen oblongo-ovatum, subnitidum, nigrum, segmentis 2, 3

& 4 basi sat late inæqualiter albicantibus, quæ pictura tantum certo situ perspicua; dorso segmentis 1:mo (in medio excavato) inermi, reliquis in medio & lateribus setosis. Alæ cinereo-hyalinæ, basi sordide albidæ, nervis: longitudinalibus 4:to obtusissime angulato, 5:to fere usque in marginem interiorem extenso; transverso medio mox ante apicem auxiliaris ducto. Spinula costæ vix ulla. Squamæ subalares albæ. Halteres flavi. Pedes setosi.

133. *T. perturbans* Zett. III. p. 1135. ♂♀, & XII. 4700. ♂♀.

(In Finland. ad Uskela ♀ parce, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♀. XII. p. 4700.

134. *T. strigifrons* Zett. III. p. 1136. ♂.

135. *T. Breviseta* Zett. III. p. 1137. ♂♀.

136. *T. dispar* Fall. Zett. III. p. 1138. ♂♀.

In foliis fruticum ad Karup Hallandiæ d. 14 Jun. 1857 ♀ parce, *Roth.*

Descriptioni hujus speciei in Dipt. Scand. l. c. datæ, ut opinor satis completæ, tantum addam: nervi: 3:tius longitudinalis basi trisetulosus; transversus medius apici auxiliaris fere oppositus, ordinarius obliquus, subflexus, paullo pone medium areæ ultimæ insertus. Angulus nervi 4:ti subobtusus. Area apice anguste aperta. Spinula costæ parva. Halteres flavi, sub squamis subalaribus mediocribus haud tecti. — *Femina:* setis frontalibus dispositis duplici serie, interiori integra e setis mediocribus, exteriori antice, ut solet, abbreviata, e setis validioribus, constante.

*136—137. *T. umbrosa* Zett. n. sp.: oblonga, nigro-cinerascens, opaca, capite cinereo; fronte prominente, nigra; oculis (in ♂) cohærentibus; antennis brevibus, articulo ultimo 2:do parum longiore, totis nigris, seta elongata, biarticulata, basi incrassata; alis basi squamisque subalaribus flavicantibus, nervis transversis

ordinario flexo, apicali recto, mox ante apicem alæ excurrente; pedibus totis nigris. ♂. (Long. 3 lin.).

Hab. in Scania rarissime: ad Lund d. 28 Jun. 1856 ♂ semel inventus, Mus. Lundense.

♂. Magnitudo, statura & similitudo *T. disparis* n:o 136, sed magis obscura, antennis pedibusque totis nigris &c., certe distincta. — Frons nigra. Oculi in medio frontis connexi. Setarum frontalium paucæ infra antennarum basin descendentes. Antennæ longitudine dimidii epistomatis. Epistoma & genæ descendentes obscura, cinerea. Palpi flavescentes, apice nigri. Barba menti nigra. Abdomen subæneescenti-nigrum, nitidum, leniter cinereo-micans, setosum, segmento 1:mo setis tantum binis. Anus inflexus, niger. Alæ subfuscæ, basi sordide flavescentes. Nervi transversi: ordinarius paullo inflexus, apicalis rectus fere in apice alæ excurrens. Area ultima leniter aperta. Setulæ 3 ad basin nervi longitudinalis 3:tii. Spinula costæ parva. Squamæ subalares & halteres pallide flava. Pedes toti nigri.

137. *T. vulgaris* Fall. Zett. III. p. 1139. ♂♀. & XII. 4700.

In Lappon. ad Stensele 1 ♀ medio Aug. 1856, *Holmgren*. (Ad Uskela Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

Scutellum apice rufescens. Alarum area apice jam modice, jam sæpe anguste aperta, nonnihil ante apicem alæ terminata. Nervus 3:tius longitudinalis basi 2-4-setulosus.

*Var. b. ♀. similis var. a., sed antennarum seta vix ad medium incrassata, nec aliter differt, transitum ad *T. confinem* (138) parans.

Ad diversor. Sjobo Scan. specimen unicum d. 20 Jul. 1857 legit *Roth*.

138. *T. confinis* Fall. Zett. III. p. 1140. ♂♀. VIII. 3246, XI. 4315. ♂, & XII. 4700. ♂♀.

♂ in Bahusia, ♀ Holmiæ capti, *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

(In parœc. Uskela Finland. ♂ rar., Mus. *Bonsdorff*).

139. *T. magnicornis* Zett. III. p. 1141. ♂♀, & XII. 4700.

♂ Lundæ in horto meo d. 19 Jul. 1859; & in Smoland., Mus. Acad. Holm.

Abdominis segmentum 2:dum lateribus macula rufa.

*139—140. *T. pusilla* Zett. n. sp.: oblongo-ovata, nigricans, subnitida, capite albicante; fronte parum prominente, lata, cinerea, vitta lata, nigro-picea; antennis longitudine epistomatis, validis, nigris, articulo ultimo 2:do quadruplo longiore, seta triarticulata, paullo ultra medium incrassata; thoracis lineolis 5 obsoletis abdominisque fasciis 3 interruptis, cinereis; scutelli summo apice rufo; alis hyalinis, nervis transversis rectis, horum apicali fere in apice alæ excurrente; pedibus nigris; vibrissis infernis, spuriis. ♂♀. (Long. circiter $1\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Scania meridionali rarius; ad Räften & in Fogelsång prope Lund d. 10—12 Jul. 1858 quatuor mares & duas feminas invenit *Roth.*

♂♀. Similis iterum *T. vulgari* (137), & *magnicorni* (139), sed ab illa alarum nervo transverso apicali fere in apice, nec paullo ante apicem, alæ exeunte, ab hac antennis proportione non tam validis, & ab ambabus magnitudine saltem triplo l. quadruplo longiore, thorace nigriore, lineolis 5 cinereis parum conspiciendis, scutello summo apice (nec apice late) rufescente, ut & nervo transverso ordinario recto l. lenissime tantum subflexo. — Frons leniter prominens. Antennæ in ♂ paullo validiores, quam in ♀. Series setarum fronta-

lium in ♂ simplex, in ♀ duplex, in utroque sexu per setulas 3—4 infra antennarum basin descendens. Palpi nigri. Scutellum nigrum, plerumque in summo margine apicali rufescens. Abdomen oblongum, ut in *T. vulgari* setosum, nitidum, nigrum, segmentorum 2, 3 & 4 basi late, indeterminate & in medio interrupte cinerea. Anus ater, nitidus. Alæ ut in *T. vulgari*, sed ut dictum, nervis transversis ordinario magis recto, & apicali propius in apice alæ excurrente. Squamæ subalares albæ. Halteres tecti. Pedes toti nigri, nitentes.

140. *T. Genarum* Zett. III. p. 1142. ♂.

*140—141. *T. ornaticornis* Zett. n. sp.: oblongo ovata, nigricans, subopaca, capite argenteo-micante; fronte prominente, modice lata (♂), vitta latiuscula, nigra; antennis epistomate paulo brevioribus, atris, articulo ultimo magno, subquadrato 2:do parum longiore, seta triarticulata, fere ultra medium incrassata; thorace vittis subquinis, cinereis; abdomine nigro, cingulis 3 interruptis, albis; scutello apice rufo; alis hyalinis, nervis transversis: ordinario leniter inflexo, apicali subrecto, mox ante apicem alæ excurrente; pedibus nigris; vibrissis nullis. ♂. (Long. circiter $2\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in Lapponia forte rarissime: specimen unicum ad Granséle Lappon. Umensis d. 14 Jun. 1856 captum mecum a D. *A. E. Holmgren* communicatum.

Obs. *T. prætervisæ* (121), *magnicorni* (139) & *Genarum* (140) quodammodo similis, sed differt a *T. prætervisa* fronte magis prominente, antennis nonnihil brevioribus, vitta frontali nigra, nec picea, a *T. magnicorni* fronte manifestius prominente, articulis 2 & 3 subæque longis, vibrissis nullis &c., & a *T. Genarum* statura corporis nonnihil magis ovata, vitta frontali nigra, nec brunnescente, antennis angustioribus, articulis 2 ultimis fere æque longis, seta longius incrassata

&c. — Frons prominens, serie setarum haud validarum utrinque simplici, per setas 4 infra antennas descendente. Epistoma inferne macula lutea. Os paullo reflexum, rufescens. Genæ obscuræ. Palpi nigri. Oculi hirti. Abdomen subovatum, nigrum, nitens, cingulis 3 ad basin segmentorum localis, albidis, interruptis. Tuberculum anale inflexum, atrum, nitidissimum. Alæ subinermes, basi lenissime fuscæ. Spinula costæ minuta. Nervorum transversorum ordinarius paullo flexus, subobliquus, nonnihil pone medium areæ insertus, apicalis subrectus mox ante apicem alæ in costa exiens, ibique cum 4:to longitudinali fere conjunctus. Squamæ subalares albæ. Halteres nigricantes. Pedes simplices, toti nigri, nitidi, pulvillis non magnis, albidis.

141. *T. rotundaticornis* Zett. III. p. 1143. ♂.

*141—142. *T. petiolinervis*: Zett. n. sp.: oblonga, cinerascens, opaca, capite subargenteo; fronte prominente, angustata (♂), grisea, vitta nigra; antennis epistomate paullo brevioribus, linearibus, nigris, seta basi incrassata; thoracis lineis anticis 4, abdominis segmentis: 1:mo toto, reliquis margine apicali anguste, lineaque dorsali, pedibusque, nigris; scutello summo apice subrufo; alis hyalinis, nervis transversis: ordinario leniter flexo, apicali recto, area ultima paullo ante apicem alæ terminata ibidemque petiolata; vibrissis spuriis. ♂. (Long. 2¾ lin.).

Hab. in Scania rarissime: ad Lindholmen d. 9 Jul. 1856 marem unicum invenit *Roth*.

♂. Magnitudo, statura fere, & alarum area ultima petiolata ut in *T. laterali* (192), sed ab hac, antennarum seta omnino nuda, oculis copiosius hirtis, abdomine lateribus non rufis, &c., abunde diversa. — Supra griseo-cinerea. Frons modice prominens, serie setarum haud validarum per 4-5 alias simplices infra antennarum basin utrinque descendente. An-

tennæ liberæ, epistomate nonnihil breviores, articulo ultimo 2:do saltem triplo longiore; totæ nigræ, seta biarticulata, nuda, non ad medium incrassata. Epistoma subperpendiculare, subargenteum, apice minime reflexum. Genæ parum descendentes. Palpi nigri. Vibrissæ spuriæ sensim decrescendo non usque ad medium epistomatis assurgunt. Barba menti parcior, alba, genarum hac validior, nigra. Lineæ thoracis nigræ non perspicue distingvendæ. Scutellum obscure griseum, summo margine apicali rufescente. Abdomen oblongum, ut in diagnosi pictum. Segmenta: 1:mum margine apicali setis validioribus in medio duabus & ad latera utrinque una, 2:dum & 3:tium (in singulo) setis distinctioribus quator vel sex dorsalibus & duabus lateralibus utrinque; 4:tum setis pluribus sparsis. Cauda parva, parum exserta, nigra. Alæ hyalinæ, basi nervis subfuscis. Nervi: longitudinalis 4:tus angulo non exacte recto, sed subobtuso geniculatus, 3:tius ad basin 3-4-setulosus; transversi: ordinarius paullo pone medium areæ insertus, leniter flexus, apicalis rectus. Area occlusa, nonnihil ante apicem alæ petiolo terminata. Spinula costæ nulla. Squamæ subalares albidæ. Halteres occulti, clava certe nigra. Pedes simplices, toti atri, pulvilis majusculis, sordide albidis.

Obs. Excepta directione nervorum in alis simili, hæc species transiens propius convenit cum genere *Tachina*, quam cum Meigeni *Panzeria*.

142. *T. straminifrons* Zett. III. p. **1143.** ♂♀.

143. *T. duplinervis* Zett. III. p. **1144.** ♀.

144. *T. hyalipennis* Zett. III. p. **1145.** ♂♀.

♀♀ & Holmiæ & ad Qvickjock Lapponiæ a Prof. *Boheman*, captæ, Mus. Acad. Holm.; ♂ ab Eodem in Ölandia lectus.

Halteres nigri. A sequente parum diversa.

145. *T. tricingulata* Zett. III. p. **1145.** ♂♀, VIII, 3246, & XII. 4700.

Mas in Hallandia meridionali ad Karup, & ambo sexus in Scania ad Rössjöholm d. 14—16 Jun. collecti a *Roth*. (In Finland. ad Uskela & Orimattila 2 feminæ, *Mäklin*).

♂♀. Antennarum articulus ultimus 2:do saltem in ♂ duplo longior. Series setarum frontalium e setis in ♂ mediocribus, in ♀ postice validioribus constat. Oculi in utroque sexu tenuiter hirti. Thorax lineis 4 nigris. Scutellum cinerascenti-nigrum, immaculatum. Abdominis cinguli 3 albi in ♂ paullo latiores, fasciformes, in ♀ angustiores vix nisi ad basin segmentorum conspicui & determinati, in ambo sexu per lineam mediam nigram interrupti. Nervi: longitudinalis 3:tius basi 2-3-setulosus; transversus medius apici secundarii oppositus; ordinarius paullo ($\frac{2}{3}$) pone medium areæ ultimæ insertus. Area hæc apice anguste aperta, modice ante apicem alæ terminata. Angulus nervi 4:ti subrectus l. lenissime subobtusus. Spinula costæ nulla. Halteres tecti, nigri (nota singularis). Cetera ut in Dipt. Scand. Cfr. *T. fimbriata* n:o 116.

146. *T. umbrinervis* Zett. III. p. 1146. ♀.

147. *T. bisignata* Meig.? Zett. III. p. 1147. ♂ (& ♀), VIII. 3246, XI. 4315, & XII. 4700.

148. *T. floralis* Fall. Zett. III. p. 1148. ♂♀.

(In Finlandia ad Taipalsaara, D. *Mäklin*.)

Colorem antennarum palporumque in ♂ & ♀ dissimilem probe observes.

Var. b. ♂. III. p. 1149, & VIII. 3246.

Ad Illstorp Scan. d. 17 Aug. 1856 lecta cum *T. mutabili* (53), cui valde similis, exceptis notis ibi allatis; deinde eodem loco in foliis Ribis rubri d. 6 Jul. 1859 utrumque sexum deprehendit *Roth*.

♂♀. Parva, seta antennarum gracili. ♂: antennis palpisque totis nigris, squamis subalaribus fuscanis; ♀: antennarum articulo 2:do rufescente, palpis albidis, squamis subalaribus albis.

149. *T. interruptella* Zett. III. p. **1150.** ♀.

150. *T. grossicornis* Zett. III. p. **1151.** ♀., & VIII. 3246. ♂.

Feminam unicam in Scania legit *Holmgren*, Mus. Acad. Holmiæ.

151. *T. amplicornis* Zett. III. p. **1152.** ♂.

Ad Tärna Lappon. mense Jul. specimen unicum masculum, quod hujus omnino videtur, legit *Holmgren;* in Scania ad Ringsjön duo individua feminea d. 2—6 Jun. 1858 invenit *Roth.*

**Femina* hujus rarissimæ & insignis speciei, cujus alter tantum sexus huc usque cognitus fuit, mari descripto similis, sed differt: fronte nonnihil latiore, serie setarum frontalium duplici, nec simplici, antennarum articulo ultimo quidem lato, non vero latissimo, abdomine paullulum robustiore, ut & pulvillis nonnihil minoribus. — Serie setarum frontalium per setas circiter 7-8 in epistomatis lateribus infra antennas fere ad os descendente, hæc a proxime conspeciebus facile dignoscitur. Caveas tamen ne has setas laterales pro vibrissis sumas.

152. *T. tremula* Linn. Zett. III. p. **1152.** ♂♀, XI. 4315, & XII. 4701. ♂♀.

(In Finland. ad Walamo d. 18 Jun. ♂, Mus. *Bonsdorff*).

Palpi quidem normaliter nigri, sed versus apicem & præsertim in individuis junioribus sæpe obscure flavi l. picei.

*152—153. *T. nitidiuscula* Zett.: subcylindrica, atra, nitida, imaculata, capite glaucescente; fronte paullo prominente, modice lata, vitta latiuscula, nigra; antennis epistomate paullo brevioribus, nigris, articulo ultimo lato, quam 2:do saltem dimidio longiore, seta biarticulata, basi incrassata; alis subhyalinis, basi squa-

misque subalaribus flavidis, nervis transversis ordinario parum flexo, apicali leniter curvo in summo apice alæ excurrente. ♀. (Long. circiter 2 ¼ lin.).

Erebia nitida Macq. Dipt. du Nord de la France. 1833. 5.. p. 104. 2. — Meig. Dipt. Eur. 7. p. 228. 2. — *Zophomyia nitida* Macqv. Buff. 2. p. 160. 2. — *Minella nitida* Rob. Desv.

Hab. in Scandinavia valde rara: in Lapponia Lulensi ad Quickjock a Prof. *Boheman* inventa. (Circa Parisias *Macqvart*).

♀. *T. tremulæ* (152) similis, sed fere duplo minor & fronte nonnihil angustiore, antennis paullo brevioribus, articulo ultimo proportione nonnihil latiore, capite glaucescente, nec argenteo-micante, setis capitis corporisque minus fortibus, thorace supra ex cinereo lenissime micante, nec pure atro, ut & alarum nervo transverso apicali leniter flexo, nec recto, in summo apice alæ, nec paullo ante apicem excurrente, vere distincta. — Antennæ liberæ, non incumbentes, seta nuda. Epistoma breve, margine antico paullo reflexo, vibrissis nullis. Palpi subclavati, nigri. Oculi non magni, tenuiter hirti. Pili menti pauciores & ciliæ postoculares alba. Alæ præsertim basi cum nervis flavidæ, inermes. Angulus nervi longit. 4:ti subarcuatus. Area apice sat late aperta. Costa subciliata, spinula distincta. Halteres flavi. Pedes toti nigri.

Obs. Nomen triviale in *nitidiuscula* mutare coactus fui, quoniam in nostro genere *Tachina* jam existit species (n:o 183), quæ *nitida* vocatur.

153. *T. ænea* Meig. ♀. Zett. III. p. 1154. ♀. VIII. 3246. ♀, & XII. 4701. ♀.

In Scania boreali ad Rössjöholm prope litus maris in fol. fruticum d. 13 Jun. 1857 mares & feminas deprehendit *Roth*; Holmiæ, ♀, Prof. *Boheman*; in Lappon. Umensi 1856 ♀ parce, *Holmgren*.

**Mas:* abdomine oblongo-ovato, subcylindrico, ano rotundato, tuberculo nigro inflexo parum exserto; tarsis anticis subsimplicibus, ungvibus pulvillisqe parvis, brevibus.

Fem.: abdomine nonihil robustiore, ano simplici, nigro, tarsis anticis distincte latioribus, ungvibus pulvillisque minutis, brevissimis.

♂♀. Frons in utroque sexu fere æque lata, serie setarum haud validarum, mediocrium. Nervi transversi: medius apici auxiliaris fere oppoitus, ordinarius obliquus paullo pone medium areæ ultimæ, in apice alæ terminatæ, insertus, apicalis non exacte rectus, sed leniter incurvus. Angulus nervi longitud. 4:ti obtusus. Halteres breves, nigri, sub squamis subalaribus mediocribus flavidis tecti. Reliqua ut in Dipt. Scandinav. l. l. c. c.

154. *T. crassitarsis* Zett. III. p. **1155.** ♀.

(155. *T. simplicitarsis* Zett. III. p. **1155.** ♂, & VIII. **3247.** ♂.)

Deleatur, est enim ♂ jam diu cognitæ *T. æneæ* (153).

156. *T. rotundicornis* Zett. III. p. **1156.** ♀.

156--157. *T. fulvicornis* Wahlb. Zett. VIII. p. **3247.** ♂.

157. *T. longicornis* Fall. Zett. III. p. **1157.** ♂♀.

Specimen femineum hujus in Suecia raræ speciei in trunco Aceris viventis ad Illstorp Scaniæ in vicinitate diversorii Sjöbo d. 11 Jul. 1857 invenit *Roth.*

♀. Setæ frontales anteriores mediocres, haud validæ, posticæ fortiores. Antennarum articulus ultimus 2:do saltem sextuplo (nec quintuplo) longior. Palpi (♀) flavi, nec, ut ait *Meigen*, nigri. Oculi tenuiter, sed distincte hirti. Thoracis lineæ dorsales 4 nigræ, fere æquali spatio remotæ, 2 mediæ tenuiores, laterales subinæquales & abbreviatæ. Alarum hyalinarum nervi: transversus medius in medio inter apices secundarii & auxiliaris ductus, ordinarius obliquus & sat conspicue

inflexus; 5:tus longitudinalis fere ad marginem interiorem alæ continuatus. Area ultima apice occlusa, subpetiolata, mox ante apicem alæ terminata. Angulus nervi 4:ti obtusus. Cetera ut in Dipt. Scand. l. c.

Obs. Sub eodem nomine speciem exoticam annis 1830 descripsit *Wiedemann*; sed nomen antiquius jam 1810 (in Act. Holm. p. 282 n:o 39) datum & deinde in Monogr. Muscid Svec. 1820. p. 31 n:o 63 recitatum, pro specie Falleniana servetur.

158. *T. pectinata* Zett. III. p. **1158.** ♂, & XII. **4701.**

159. *T. pantherina* Zett. III. p. **1158.** ♂♀.

160. *T. mundula* Zett. III. p. **1159.** ♂♀.

In Umbellatis ad Balsberg Scaniæ borealis d. 11 Jun. 1858 specimen unicum femineum legit *Roth.*

161. *T. villica* Zett. III p. **1160.** ♀, VIII. **3248,** & XII. **4701.**

162. *T. ambulans* Meig.? Zett. III. p. **1161.** ♀.

163. *T. fulva* Fall, Zett. III. p. **1162.** ♂♀.

164. *T. libatrix* Panz. Zett III p. **1163.** ♂♀, VIII. **3249,** & XII **4701.**

165. *T. vibrissata* Zett. III. p. **1163.** ♂, & VIII. **3249.** ♂.

*165—166. *T. dalecarlica* Zett. n. sp.: ovata, nigricans, subopaca, epistomate albo; fronte leniter prominente, lata, cinerea, vitta latiuscula, atra; antennis longitudine epistomatis, linearibus, nigris, articulo ultimo 2:do saltem quintuplo longiore, seta biarticulata, paullo ultra medium incrassata; vibrissis paullo supra medium epistomatis adscendentibus; thoracis vittis anticis obsoletis, humeris pleurisque cinerascentibus; ab-

domine griseo, segmento 1:mo toto, reliquis linea dorsali, incisuris valde anguste, anoque nigris; alis subhyalinis, nervis transversis: ordinario leniter flexo, apicali recto, mox ante apicem alæ excurrente, area subocclusa; pedibus nigris. ♂. (Long. $2\frac{1}{2}$ lin.).

Phorocerœ species Meig.

Hab. in Dalecarliæ alpibus rarissime: a Prof. *Boheman* detecta, Mus. Acad. Holm.

♂. *T. vibrissatæ* (165) & *mobili* (167) proxima & similis, sed differt ab illa, magnitudine nonnihil majore, antennarum seta ultra medium incrassata, nervo transverso ordinario minus flexo &c., & ab hac antennis paullulum longioribus, seta bi- (nec tri-) articulata, vibrissis nonnihil altius assurgentibus, alar. area media propius ad apicem alæ educta & fere occlusa, nec modice aperta, &c., & ab ambabus abdominis colore dominante griseo, nec albicante l. cinereo. A *T. longicorni* (157), cui etiam subsimilis, magnitudine minore, breviore, statura minus oblonga, fronte minus prominente, nec longe porrecta, palpis nigris, nec flavis &c., satis distincta. — Frontis series setarum non validarum utrinque simplex, per setas 4 distinctiores infra antennarum basin continuata. Antennæ incumbentes, apice oblique truncatæ. Epistoma subperpendiculare, apice haud reflexo. Seta mystacina non fortis. Oculi non magni, modice hirti. Abdominis segmenta: 1:mum inerme, 2 & 3 parce, & 4:tum multi-setosum. Alæ cinereo-hyalinæ, basi leniter fumatæ, nervis; transverso ordinar. paullo pone medium areæ inserto, longitudinalis 4:ti angulo determinato, minime rotundato. Spinula costæ minuta. Squamæ subalares sordide albæ. Pulvilli distincti.

166. *T. squamosa* Zett. III. p. 1164. ♂♀.

167. *T. mobilis* Zett. III. p. 1165. ♂♀.

Holmiæ, & in Westrogothia e larva *Bombycis* egressa, *Boheman*, Mus. Holm. ♂.

Valde similis *Tach. rufiscutellari* (n:o 126—127); sed plerumque paullo major & corpore magis sordide nigro, opaco, nec cærulescenti-nigro, subnitido, scutello limbo tantum externo rufo, nec ex maxima parte ferrugineo, vibrissis dimidiatis, ut & alarum nervo transverso ordinario nonnihil magis flexo & apicali omnino recto, sine dubio diversa.

168. *T. trizonata* Zett. III. p. 1166. ♂.

169. *T. unicolor* Fall. Zett. III. p. 1166. ♀, XI. 4315, & XII. 4701. ♀.

170. *T. aurea* Fall. Zett. III. p. 1167. ♂♀, & VIII. 3249.

(In Finland. ad Isbois &c. 1 ♂ & 4 feminæ, *Pippingsköld* &c., Mus. *Bonsdorff*).

171. *T. inanis* Fall. Zett. III. p. 1168. ♂♀, & XI. 4315.

Var. b. ♂. III. 1169.

Var. c. ♀. III. 1169.

In Scan. ad Lindholmen d. 21 Jul. 1 ♀, *Roth*.

172. *T. nigritarsis* Zett. III. p. 1169. ♀.

173. *T. circumflexa* Zett. III. p. 1170. ♂♀.

174. *T. pubicornis* Zett. III. p. 1172. ♂.

174—175. *T. villicornis* Zett. VIII. p. 3249. ♂?

175. *T. hirticornis* Zett. III. p. 1172. ♂, VIII. 3250. ♂.

Secundum Prof. *Boheman* sunt hæc & *Dexia tachiniformis* tantum diversæ formæ ejusdem speciei.

176. *T. pullula* Zett. III. p. 1174. ♀ (& ♂?)

176—177. *T. nitens* Zett. XI. p. 4315. ♂♀.

177. *T. cingulata* Wahlb. Zett. III. p. 1174. ♂♀, & VIII. 3250.

In Ostrogothia ad Gusum Jul. 1857 reinventa a Prof. *Wahlberg*.

*177—178. *T. cyrtoneurina* Zett. n. sp.: oblonga, subcylindrica, cinerea, capite argenteo; fronte subprominente, modice angusta, vitta atra; antennis epistomate nonnihil brevioribus, nigris, articulo ultimo 2:do dimidium longiore, seta bi?-articulata, basi incrassata; thorace obsolete nigro-lineato; abdomine maculis olivaceis, incisuris nigris; pedibus nigris; alis cinereo-hyalinis, nervis flavidis, transverso ordinario recto, longitudinali 4:to leniter arcuato in apice alæ excurrente, area apice modice aperta, spinula costæ distincta; squamis subalaribus niveis. ♂. (Long. saltem $1\frac{1}{2}$ lin.).

Ad Holmiam semel capta, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

♂. Per nervum longitudinalem 4:tum obtuse arcuatum generibus *Cyrtoneuræ* & *Pyrelliæ* appropinquans, sed de cetero *Tachinæ* similis. — Caput argenteum. Frons non multo lata, vitta lineari nigra, serie setarum brevium & tenuium tantum ad basin alæ extensa. In vertice seta utrinque validior. Antennæ incumbentes, lineares, seta modice longa, medio certe, licet brevissime, puberula. Epistoma breve, absque vibrissis. Os leniter exsertum. Setæ mystacinæ & oris adsunt. Palpi parvi, nigri. Barba menti tenuis & ciliæ postoculares nigræ. Thorax cinereus, præter lineam mediam obscuram vix pictus. Humeri cani. Scutellum immaculatum. Abdomen oblongum, cylindricum, segmentis subæque longis, saltem margine apicali setulosis; nitens, cinereum, dorso maculis ex olivaceo micantibus, indeterminatis, linea media incisurisque nitidis, nigris; alio situ dorso inæqualiter olivaceo-micans, maculis lateralibus cinereis, incisuris nigris. Cauda parva nigra, apice inflexa. Alæ non latæ, præter spinulam costæ inermes. Nervi: transversi, medius apice auxiliaris oppositus, ordinarius subobliquus, rectus, nonnihil ante medium areæ insertus; longitudinales 3:tius 4:tusque arcuati, ad apicem alæ connirentes, aream sublanceolatam in

summo apice alæ modice apertam formantes; 5:tus fere in marginem interiorem extensus. Squamæ subalares niveæ, non-magnæ, valvula inferiore a superiore multo minore vix ¼ tegente. Halteres flavi. Pedes nigri, setosi, pulvillis mediocribus.

178. *T. funesta* Meig. ♂. Zett. III. p. 1175. ♀ (& ♂).

Obs. Synonymon Meigeni mihi fere dubium videtur, nam in Meigeni Dipt. Eur. 7. p. 203. 1. tab. 69. f. 13. abdomen describitur & depingitur glabrum l. inerme seu "sine omnibus setis"; sed in nostræ speciei individuo femineo, abdomen lateribus setulosum deprehenditur; tale specimen etiam ad Carlsbad Bohemiæ mene Julio 1859 captum a D. *Thomson* obtinui.

*178—179. *T. digramma* Meig. n. sp. Faunæ Scand.: oblonga, subcylindrica, nigra, nitida, capite albido, nigro-micante; fronte subprominente, angustata (♂), aut modice lata (♀), vitta atra; antennis epistomate nonnihil brevioribus, articulo ultimo 2:do duplo longiore, angustato, seta biarticulata, basi incrassata, microscopice puberula; abdominis setulosi incisuris anguste albidis; alis hyalinis, basi leniter fuscanis; nervis: transverso ordinario leniter flexo, nonnihil pone medium areæ anguste apertæ inserto, longitudinali 4:to angulo obtuse flexo in apice alæ excurrente; squamis subalaribus subfuscanis. ♂♀. (Long. vix 1½ lin.).

Meig. Dipt. Eur. 4. 346. 184, ♀. Meig. Dipt. 7. 203. 1.

Hab. in Scandinavia rarissime; scilicet ♂ in Scania ad Illstorp d. 11 Jul. 1857 semel capta, *Roth*, ♀ in Ölandia, *Holmgren*, Mus. Acad. Holmiæ.

♂♀. Similis T. *funestæ* (178), a qua thorace immaculato, nec humeris albis, abdominis incisuris albidis, nervo transverso ordinario leniter flexo, nec recto, squamis subalaribus fuscanis, nec albis, &c., præcipue dignoscitur. — Oculi nudi,

in ♂ appropinquantes, per orbitas tenuissimas & vittam modice angustam non late distantes, in ♀ modice remoti. Series setarum frontalium in ♂ non validarum utrinque simplex, in ♀ duplex, in utroque sexu per setas 2—3 infra antennarum basin continuata. Frons paullo prominens, obscura. Antennæ epistomate nonnihil breviores, incumbentes, articulo ultimo lineari, apice subobliquo, seta dorsali subnuda l. oculo acutissime armato puberula; totæ nigræ. Epistoma perpendiculare, apice haud reflexum; subnudum (absque vibrissis), sordide griseo-albidum. Genæ nonnihil descendentes. Palpi parvi, filiformes, nigri. Barba sub mento albida. Thorax niger subnitidus, puncto humerali albido, tantum certo situ visibili. Scutellum nigrum. Abdomen oblongo-ovale, nigrum, nitidum, segmentis 2, 3 & 4 imo margine basali griseo-albido, unde tres fasciæ valde angustæ, sordide albidæ formantur, per lineolam dorsalem nigram in medio interruptæ; antice minus, postice densius setulosum. Segmenta subæque longa. Anus parvus, rotundatus, haud exsertus, niger. Alarum nervi transversi: medius fere apici secundarii oppositus, ordinarius subobliquus & leniter inflexus, nonnihil pone medium areæ insertus; longitudinalis 4:tus pone angulum obtusum per nervum rectum in apice l. mox ante summum apicem alæ excurrit; omnes inermes. Area ultima apice anguste aperta. Costa nuda, spinula nulla. Apices nervorum secundarii & auxiliaris modice distantes. Squamæ subalares inæquales, valvula superiore parva, inferiorem majorem vix ad ⅓ tegente, ambabus fuscanis, margine summo pallido, parum ciliato. Halterum clava flava. Pedes simplices, nigri, setosi, ungvibus & pulvillis distinctis.

179. *T. lucida* Meig. Zett. III. p. 1176. ♂, & XII. 4701. ♂.

Femina hactenus nobis ignota, in arenosis ad Illstorp Scaniæ d. 17 Jul. 1857 in unico specimine a D. *Roth* lecta.

*♀, Similis mari descripto, a quo vero differt: fronte paullo latiore, serie setarum postice duplici, abdomine toto ferrugineo-flavo, immaculato, absque vitta dorsali nigra, ut & tarsorum pulvillis ungvibusque minoribus.

♂♀. Oculi tenuiter hirti. Antennarum seta longitudine circiter totius antennæ, ad medium incrassata, oculo tantum acutissime armato subpuberula. Setæ frontales mediocres. Vibrissæ nullæ. Palpi flavi. Genæ paullo descendentes, nigropuberulæ. Thorax griseus, lineis 4 nigris, æqualiter remotis. Alarum nervi: longitudinalis 3:tius basi & supra & subtus (in bene conservatis) 4-setulosus, 5:tus usque ad marginem interiorem alæ continuatus; transversi: medius fere apici auxiliaris oppositus, ordinarius parum obliquus parumque inflexus, fere in medio l. mox pone medium areæ ultimæ insertus. Area in apice alæ terminata. Angulus nervi longitudinalis 4:ti nonnihil magis ad marginem interiorem alæ retractus, quam in multis aliis; leniter subobtusus. Reliqua ut in Dipt. Scand. l. l. c. c.

Var. b. ♂. III. p. **1177.**

180. *T. crucigera* Zett. III. p. **1177.** ♀.

181. *T. ciliaris* Zett. III. p. **1178.** ♀.

182. *T. chalconota* Meig. ? Zett. III. p. **1179.** ♂♀.

Var. a. ♂♀. abdomine nigro-æneo, nitido, parum albo-micante, pedibus totis nigris. Meig. Zett. locis citatis.

In Scania boreali ad villam Bökestad d. 21 Jun. ♀ raro, *Roth.*

Var. b. ♂. abdomine nigro-æneo, parum nitido, perspicuius cinereo-micante; tibiis posterioribus obscure testaceis; de cetero var. a. simillima. An specie distincta? femina vero ignota.

In foliis Populi tremulæ ad Torekow Scaniæ bo-

realis prope litus maris specimina nonnulla mascula d. 13 Jun. 1857 invenit *Roth.*

Var. a. ♂♀, & var. b. ♂. Antennarum seta omnium brevissime puberula, præsertim in var. b. Thoracis lineæ 4 atræ in fundo subcoerulescenti-nigro certo tantum situ conspiciendæ. Abdomen potius oblongum quam ovatum. Alæ basi fusco-flavidæ. Nervi: transversorum medius mox ante apicem auxiliaris ductus, paullo infuscatus (imprimis in ♂), ordinarius obliquus in ♂ distinctius inflexus, quam in ♀. Area modice aperta, fere in apice alæ terminata. Angulus nervi longit. 4:ti leniter obtusus. Nervus longit. 3:tius basi in exemplis scandinavicis 2-3-setulosus, in glogaviensibus setulis 4—5. Squamæ subalares mediocres. Halteres flavi. Ceterum ut in Dipt. Scand. l. c.

Obs. Specimina utriusque sexus, quæ sub nomine "*Macquartia chalconota* Meig. ex Altenburg mecum communicavit Prof. *Apetz*, nostris saltem duplo minora, tota coerulescenti-atra, nitida, palpis nigris, oculis nudis, alarum area apicali occlusa &c. distincta, huc minime pertinent, sed nostræ *T. nigritæ* (186), exceptis oculis nudis, valde similia.

183. *T. nitida* Zett. III. p. 1180. ♂♀.
(In Finland. raro, Prof. *Bonsdorff*).

Halteres pallide flavi. Alarum nervus transversus ordinarius in ♂ nonnihil magis flexus quam in ♀, ubi idem rectus. Ambo sexus in copula capti. Antennarum seta subnuda, acutissimo tantum oculo brevissime puberula.

*183—184. *T. puncticeps* Zett. n. sp.: oblongo-elliptica, robusta, nigra, subnitida, abdomine ænescente, immaculato; capite subbuccato, argenteo, nigro-punctato; palpis nigris; fronte prominente, postice valde angusta (♂), vitta atra; antennis epistomate lateribus setoso duplo brevioribus, articulo ultimo 2:do duplo longiore, seta biarticulata, basi incrassata: thorace antice

maculis 4 albo-micantibus; alis hyalinis, basi flavidis, squamis subalaribus albis, nervo transverso ordinario subflexo, nonnihil pone medium areæ ultimæ occlusæ inserto, apicali recto, mox ante apicem alæ excurrente. ♂. (Long. circiter $3\frac{1}{2}$ lin. vel paullo ultra).

Hab. in Scania meridionali rarissime: in floribus Umbellatarum ad Illstorp d. 17 Jul. 1857 semel capta, *Roth.*

♂. Species insignis. In pluribus similis *T. nitidæ* (183), sub quo nomine, signo interrogationis adjecto, quoque ab ipso inventore communicata; sed magnitudine multo majore, præsertim latiore, capite magis buccato & nigro-punctato, epistomate lateribus setoso, alarum area ultima occlusa, squamis subalaribus albis &c., abunde distincta. *Tachinæ (Harrisiæ) paganæ* Meig. quodammodo (epistomate lateribus vibrissato &c.) etiam accedere videtur, magnitudine vero majore, antennis brevioribus, seta biarticulata, nec triarticulata, abdominis pictura, sexu &c, toto coelo diversa. — Caput antice (facie) prominulum, argenteo-micans, lateribus crebre nigro-pilosum, singulo pilo puncto nigro inserto. Frons prominens, postice angustissima, vitta nigra anterius latiore, certo situ puncto supra antennas albo. In fronte series potius pilorum mollium dicendorum, quam setarum validarum, utrinque simplex in epistomatis lateribus infra antennas fere usque ad genas continuatur, vibrissas mentiens. Antennæ incumbentes, breves, vix ad medium epistomatis extensæ, articulo ultimo modice lato 2.do paullo tantum longiore, apice rotundatæ, totæ sordide nigræ, seta, ni fallor, biarticulata, basi l. vix ad medium leniter incrassata, microscopice puberula. Epistoma perpendiculare, apice minime reflexum. Vibrissæ nullæ, sed peristomii setæ plures. Genæ infra oculos descendentes. Palpi filiformes, toti nigri. Barba menti nigra. Oculi postice fere cohærentes, linea tantum angusta nigra disjuncti, toti conspicue hirti. Thorax nigricans, antice maculis 4 albo-micantibus, harum 2 humeralibus. Scutellum

concolor. Abdomen obscure æneum, nitidum, segmentis 1:mo in medio biseloso, 2:do in medio setis 6, 3:tio in medio & margine apicali setis pluribus, & 4:to multisetoso. Apex abdominis rotundatus. Anus inflexus, niger, brevissime bituberculatus. Alarum nervi: transversorum medius paullo ante apicem auxiliaris ductus, ordinarius paullulum pone medium areæ ultimæ insertus, obliquus & nonnihil flexus, apicalis rectissimus; longitudinalis 3:tius basi supra trisetulosus. Area occlusa, fere in apice 1. mox ante summum apicem alæ terminata. Angulus nervi 4:ti leniter obtusus. Spinula costæ vix ulla. Halteres testacei, sub squamis subalaribus albis occulti. Pedes simplices, toti nigri, ungvibus nigris pulvillisque sordide albis sat longis.

184. *T. atrata* Fall. Zett. III. p. 1181. ♂♀.

Alarum nervus transversus ordinarius in utroque sexu æque & perspicue flexus. Halterum clava fusco-testacea.

185. *T. chalybeata* Meig. Zett. III. p. 1182. ♂♀, VIII. 3251, & XII. 4701. ♂♀.

Halteres nigri.

186. *T. nigrita* Fall. Zett. III. p. 1183. ♂♀, & XII. 4702, ♂♀.

♀ in Hallandia, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

Nervus transversus ordinarius in ♂ leniter flexus, in ♀ rectus, quemadmodum fere ut in *T. chalconota* (182). Halterum clava in utroque sexu nigra. Antennarum seta tantum microscopice puberula.

187. *T. grisea* Fall. Zett. III. p. 1184. ♂♀, VIII. 3251, & XII. 4702.

*187—188. *T. subpruinosa* Zett. n. sp.: oblonga, subcylindrica, griseo-pruinosa, opaca; fronte subprominente, modice lata (♂), obscure grisea, vitta atra; antennis longitudine fere epistomatis longi sordide albidi, validis, nigris, articulo ultimo 2:do fere quadruplo lon-

giore, seta biarticulata, ad medium incrassata; palpis, thoracis lineolis 4 pedibusque nigris; scutelli apice rufescente; alis cinereis, basi flavidis, nervis transversis: ordinario subflexo, apicali recto in apice alæ excurrente; squamis subalaribus flavis. ♂. (Long. saltem $3\frac{1}{2}$ lin.).

Species sub genere *Exorista* Meig. militare videtur.

Hab. in Lapponia Umensi: ad Tárna mense Julio 1856 inventa, in unico specimine a D. *Holmgren* communicata.

♂. Cum *T. grisea* (187) in multis convenit, sed magnitudine majore, corpore robustiore, antennis & epistomate longioribus, fronte perspicue latiore, oculis inde magis remotis, &c., certe distincta. — Caput sordide albidum, fronte latiuscula, obscure flavido-grisea, opaca, vitta latiuscula, nigra. Series setarum frontalium mediocrium per setas 5-6 utrinque infra antennarum radicem descendens. Antennæ longitudine fere epistomatis, validæ, nigræ, seta longitudine antennæ, ad medium indeterminate incrassata, in medio misroscopice puberula. Epistoma subdeclivum, nudum, apice leniter reflexum, inferne vibrissis spuriis. Palpi subexserti, nigri. Oculi non magni, oblongi, tenuissime hirtuli. Thorax griseus, dorso setosus, lineolis 4 nigris. Scutellum ferrugineum, basi nigricans. Abdomen oblongum, subcylindricum, flavido-griseum, segmento 1:mo nigro; undique nigro-pilosulum. Segmentum 1:mum sequente nonnihil brevius, in medio marginis apicalis bisetosum, 2:dum in disco & margine setis 6, reliqua segmenta multisetosa. Anus tuberculo sat magno, inflexo, nigro, pilosulo. Alæ ut in *T. grisea*, nempe cinereæ, basi flavicantes. Nervus transversus ordinarius subobliquus, paullo flexus, & paullo pone medium areæ apicalis insertus. Area non late aperta. Nervi longitudinales: 4:tus ab angulo subobtuso fere rectus in apice vel mox ante summum apicem alæ excurrit; 3:tius basi trisetulosus. Spinula costalis nulla.

Squamæ subalares flavæ. Halteres testacei. Pedes simplices, nigri, setosi, tibiis posticis certo luminis situ obscure piceis. Pulvilli mediores, nigricantes, subtus albo-spongiosi.

188. *T. prolixa* Meig. Zett. III. p. 1185. ♂♀.

(♀ ad Helsingfors Finland. raro, Mus. *Bonsdorff*).

A *T. longirostri* (n:o 25—26), cui rostro longiusculo &c. sat similis est, oculis hirtis, antennarum seta tenuiter puberula, nec nuda, palpis nigris, nec flavis, &c. facile dignoscitur.

189. *T. angulicornis* Zett. III. p. 1186. ♀, & VIII. 3251.

Hæc pro femina *T. albinervis* (58) habeatur, volente Prof. *Boheman*.

190. *T. arctica* Zett. III. p. 1187. ♂.

191. *T. hyalinata* Zett. III. p. 1187. ♂.

192. *T. lateralis* Fabr. Zett. III. p. 1188. ♂♀, VIII. 3251. ♀. XI. 4317. ♂♀, & XII. 4702.

(In Finlandia vulgaris, Prof. *Bonsdorff*; e Carlsbad Bohemiæ a D. *Thomson* etiam communicata).

Obs. Spina costæ normaliter simplex, sed in uno specimine femineo illam distincte geminam vidi.

193. *T. viridis* Fall. Zett. III. p. 1190. ♂♀, VIII. 3251, XI. 4317, & XII. 4702.

In foliis fruticum ad Rössjöholm Scaniæ d. 16 Jun. 1857 ♀ rarissime capta a *Roth*, qui talem etiam in Scan. boreali ad Balsberg d. 11 Jun. 1858 semel legit.

Nervi: transversus medius nonnihil ante apicem auxiliaris ductus, ordinarius distincte pone medium areæ ultimæ insertus; longitudinalis 4:tus infra angulum, basi rectum l. subacutum, non longe, sed determinate continuatus.

Obs. Caveas ne *Luciliæ* aut *Pyrelliæ* quibusdam speciebus, colore aureo-viridi ornatis, confundas. Antennarum seta nuda, nec plumata, *Tachinam* mox prodit.

194. *T. aurata* Fall. Zett. III. p. 1191. ♂♀, & VIII. 3251.

241 Sp.

109. GONIA Meig.

A. Epistoma perpendiculare, vibrissis vix ullis, &c.

*). Abdomen rufo-pictum.

sp. 1—2.

**). Abdomen non rufo-pictum.

sp. 3—5.

B. Epistoma declivum, vibrissis instructum. Etc.

sp. 6—7.

1. *G. capitata* Deg. Zett. III. p. 1192. ♂♀, VIII. 3252, & XII. 4702. ♂♀. — *Reaumuria capitata* Rob. Desv. Myod. Annal. d. l. Soc. Ent. d. Fr. 1851, p. 310. n:o 1. ♂♀.

In Scaniæ campis arenosis etiam ad diversor. Sjöbo ad finem mens. Jul. feminæ frequentes observatæ, *Roth*. (In Finlandia minus freq., Prof. *Bonsdorff*).

2. *G. lateralis* Zell. Zett. III. p. 1194. ♂♀, VIII. 3252. ♂♀, & XII. 4702. ♂♀.

In Scania ad Lund & Lindholmen jam d. 4 April. — 10 Maj. ♂ & ♀ non raro capti, Mus. Lundense. (Ad Kakkarais Finland. 1 ♀ lecta, *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*).

3. *G. fasciata* Meig. Zett. III. p. 1195. ♂♀, VIII. 3252, & XI. 4317. — *Reaumuria fasciata* Rob. Desv. Myod. Ann. d. l. Soc. Ent. d. Fr. 1851. p. 313. n:o 4. ♂♀.

(In Finland. pass., Mus. *Bonsdorff*).

4. *G. hebes* Fall. Zett. III. p. 1196. ♂♀, & VIII. 3252. — *Spallanzania hebes* Rob. Desv. Myod.

Annal. de la Soc. Entom. d. France 1851. p. 317. n:o 1. ♂♀.

Obs. Doct. *Robineau Desvoidy* hanc speciem in florib. Imperatoriæ mense Septembr. in Gallia deprehendit.

5. *G. flaviceps* Zett. III. p. 1196. ♂♀, & XII. p. 4703.

6. *G. ruficeps* Fall. Zett. III. p. 1197. ♂♀, VIII. 3253, & XI. 4317.

(In Finlandia: ad Uskela 1 ♂, & ad Eriksberg 1 ♀, Mus. *Bonsdorff*; 3 mares, ad acidulas Carlsbad Bohemiæ mense Julio 1859 captos, mecum communicavit Magist. *Thomson*).

7. *G. angustata* Zett. III. p. 1198. ♂♀, & XII. 4703. ♀.

---

7 Sp.

110. TRIXA Meig.

1. *Tr. limbata* Zett. III. p. 1200. ♂♀, VIII. 3253, & XII. 4703.

In Lappon. Umensi ad Tärna mens. Jul. 1856 ♂ unicus, *Holmgren*.

2. *Tr. obscura* Zett. III. p. 1201. ♀.

3. *Tr. oestroidea* Macq. Zett. III. p. 1201. ♂, & VIII. 3253. ♂♀.

---

3 Sp.

111 a). MILTOGRAMMA Meig.

A. Seta antennarum nuda. Etc.

*). Palpi flavi.

sp. 1—6-7.

**) Palpi nigri.

a). Antennæ breviusculæ, seta basi incrassata.
sp. 7—7·8.

b). Antennæ elongatæ, seta ultra medium incrassata.
sp. 8—11.

B. Seta antennarum breviter puberula, &c.

†. Palpi nigri.
sp. 12—13.

††. Palpi filiformes, flavi. Etc.
sp. 14—17.

1. *M. oestracea* Fall. Zett. III. p. 1202. ♂♀, & VIII. 3254.

In Scania ad Illstorp utrumque sexum mense Julio sat frequenter observavit *Roth*, & feminas deinde usque ad medium Aug. vigentes. (In Finlandia non vulgaris, Mus. *Bonsdorff*).

*Var. b. ♂. antennis totis flavis.

(In Finland. ad Wiborg unicus ♂, D. *Pipping*).

Obs. Meigen in Dipt. Europ. 7. p. 233 refert hanc speciem ad suam subdivis. a) "abdominis incisuris absque setis"; segmentorum vero saltem 3:tii & 4:ti margo apicalis setis pluribus distinctis munitur.

2. *M. Germari* Meig. Zett. III. p. 1203. ♂.

In Scaniæ arenosis ad Sjöbo & Illstorp specimina utriusque sexus mensibus Julio & Aug. copiose legit mecumque, cui ♀ antea non visa, benigne communicavit *Roth*. (In Alandia & Tavastia Finlandiæ 2 mares invenit D. *Mäklin*).

Mas a mare *M. oestraceæ* per tarsos anticos inermes, nec eorum articulum 4:tum apice setis 2 longiusculis munitum, atque *ambo sexus* per thoracis lineolas subquinas & abdo-

minis maculas olivaceas distinctiores & magis dilatatas optime dignoscitur.

*2—3. *M. tessellata* Meig.: grisea, thoracis lineis subquinis obscuris; abdomine obsolete fusco-tessellato; capite albo-flavo, vitta frontali latissima; antennis nigris, basi rufis; femoribus cinereis, tibiis tarsisque nigris. ♀. (Long. 2.— fere 2½ lin.).

Meig. Dipt. Europ. 4. p. 230. 6., & 7. p. 233. — *M. oestracea* var. ♀. Zett. Dipt. Scand. 3. p. 1203.

In arenosis ad Illstorp Scaniæ d. 29 Jun. 1859 duas feminas deprehendit D. *Roth*. (Similem omnino sub eodem nomine e Glogavia communicavit D. *Zeller*).

♀. Valde similis *M. oestraceæ* (1) & *Germari* (2), sed a priori thoracis dorso lineis 5, nec 4, fuscis, & abdominis maculis olivaceis micantibus irregularibus obsoletis absque linea dorsali media obscura; a posteriori abdominis maculis olivaceis micantibus multo obsoletioribus (certo tantum situ conspiciendis), nec distinctis; & ab ambabus magnitudine paullo minore. — Series setarum frontalium duplex. Antennæ nigræ, articulis 1 & 2 rufis, seta brevi, nigra, ad medium incrassata. Palpi flavi. Abdomen flavido-griseum, nigropubescens, segmentis tantum 3:tio & 4:to margine apicali setoso. Alæ hyalinæ, nervorum transversorum medio obliquo, recto, apicali incurvo; nervo longitud. 4:to infra angulum subrectum paullo continuato; area distincte aperta; spinula costæ nulla. Squamæ subalares albæ. Halterum clava pallida

3. *M. punctata* Meig. Zett. III. p. 1204. ♂♀.

Mares & feminæ in Westrog. prope Gothoburgum versus finem Julii & initio Aug. deprehensi a *Malm*.

Similis *M. Germari* (2), sed vitta frontali angustiori, maculis abdominis magis distantibus, nec non tarsis (♂) bisetosis imprimis differt. Antennæ in meis speciminibus nigræ, basi nigro-fuscæ (nec basi rufæ ut in Meigeni specie). Alæ vitreæ.

Abdominis maculæ olivaceæ magnæ, trigonæ, triplici serie dispositæ, discretæ quidem, sed laterales usque ad ventrem dilatatæ, ita ut hæ ad latera fere fascias continuas forment.

Obs. Sub nomine: "*Milt. rutilans* Meig." a D. Prof. *Apetz* ex Altenburg specimina utriusque sexus obtinui, quæ quoad caput, corpus, alas & pedes nostræ *M. punctatæ* omnino conveniunt, sed differunt maculis abdominis olivaceis multo minoribus & adhuc magis discretis. *Meigen* suam speciem *M. rutilantem* "antennis rufis" describit, in altenburgensi vero antennæ nigræ, basi nigro-fuscæ deprehenduntur.

*3—4. *M. grisea* Meig. n. sp. Faunæ Scandin.: grisea, thoracis lineis subquinis obscuris; abdominis maculis discretis nigris trifariam dispositis, lateralibus obliquis; capite albido-flavo, vitta frontali latiuscula; antennis rufis; pedibus nigris. ♂♀. (Long. $1\frac{3}{4}$ fere $2\frac{1}{4}$ lin.).

Meig. Dipt. Europ. 4. 230. 7, & 7. 238. 11.

Hab. in Scaniæ aridis arenosis: ad Illstorp mares plures & feminam unicam d. 8—17 Jul. 1857 legit *Roth.* (In Finlandia ad Esbo ♂ parce, *Mäklin).*

♂♀. A *M. punctata* (3), cui proxima, magnitudine minore, antennis totis rufis, abdominis maculis lateralibus obliquis, ut & in ♂ tarsis nudis, nec apice bisetosis, dignoscitur. Similis quoque *M. Germari* (2), sed magnitudine plerumque minore, maculis abdominis discretis & aliter formatis, nec non antennis rufis differt. — Frons flava, in ♂ modice lata, in ♀ nonnihil latior, serie setarum fere ad basin antennarum extensa. Antennæ rufæ, articulo ultimo raro leniter fusco-maculato, seta breviuscula, paullo ultra medium incrassata, tota semper nigra, nuda. Epistoma albido-flavum, nudum. Seta mystacina utrinque unica. Palpi tenues, flavi. Proboscis nigra. Thorax griseus, lineis nigris, antice quinque, harum intermediis tenuioribus; postice tribus. Scutellum griseum. Abdomen griseum, maculis discretis nigris triplici serie dispositis, mediis suboblongis, lateralibus majoribus,

obliquis vel arcuatis, certo situ e latere inspectis cum nigredine ventris confluentibus, nitidis. Incisuræ tenues, albæ, vix nisi ad latera perspicuæ. Segmenta subæque longa, 1:mum inerme, 2:dum ante marginem apicalem pauci-setosum, 3:tium & 4:t:um ad marginem setis pluribus munita. Anus parvus, in ♂ griseus, in ♀ niger. Alæ ut in prioribus etiam quoad directionem nervorum. Halteres pallidi, sub squamis subalaribus magnis, valvulis valde inæqualibus albis, toti tecti. Pedes toti nigri, pulvillis & ungvibus in utroque sexu minutis. Tarsi antici in ♂ absque setis apicalibus.

4. *M. arcuata* Zett. III. p. 1205. ♀.

5. *M. imberbis* Zett. III. p. 1205. ♀, & VIII. 3254.

*♂, subsimilis feminæ, in Gottlandia ad Ahlskog semel a Prof. *Boheman* captus, Mus. Acad. Holm.

*Var. b. ♂. similis var. a, sed differt: vitta frontali cana, nec nigra, thoracis lineolis obscuris parum perspicuis, vitta media brunnea nulla, ut & alarum nervo transverso ordinario paullo flexo, nec recto, longitudinali 4:to infra angulum tantum apparenter continuato.

In arenosis ad Illstorp Scaniæ 4 mares d. 27 Jun. —19 Jul. 1859 deprehendit *Roth*.

6. *M. fasciolella* Zett. III. p. 1206. ♂.

*6—7. *M. puncticornis* Zett. n. sp.: cinerea, abdominis vitta dorsali maculari obscura; capite argenteo, vitta frontali angusta (♂), cana; antennis nigris, articulo 2:do apice rufescente; tarsis nigris. ♂. (Long. 2½ lin.).

In Scania ad Illstorp locis arenosis aridis d. 25 Jul. 1859 marem unicum invenit *Roth*.

♂. *Megæræ angustifronti* Macq. Dipt. 116. 6, seu *Miltogr.*

angustifronti Meig Dipt. Eur. 7. p. 236. 30. ♂: "nigra; abdomine incurvo; fronte valde angusta; antennis nigris, supra puncto albo. 1½ lin. long. Gallia septentrionali", sat similis, sed colore corporis cinereo, nec nigro &c., differt. — Cinerea. Caput argenteum. Frons distincte prominens, paullo angustata, vitta præsertim anterius angusta, tota cana, substriolata. Antennæ breves, seta breviuscula, vix ad medium incrassata, nuda, nigra. Palpi valde retracti, sed probabiliter ut in affinibus *Milt. angustifronte* & *incurva* Meig. flavi. Thorax cinereus, vix lineatus, tantum antice certo situ lineæ 4 obscuræ, valde obsoletæ apparent. Abdomen conicum, cinereo-griseum, vitta media nigra, e maculis 4 oblongis posticis minoribus formata, & ad latera maculis irregularibus olivaceis, valde obsoletis, certo tantum luminis situ detegendis; totum nigro-pubescens, segmentis 2, 3 & 4 margine apicali nigro-setosis. Alæ hyalinæ, basi ferrugineo-fuscæ. Nervi: transversi, medius lenissime flexus, obliquus, paullo pone medium areæ apice angustæ apertæ insertus, apicalis incurvus; longitudinalis 4:tus non nisi per plicam alæ infra angulum rectum quasi continuatus; spinula costæ nulla. Squamæ subalares albæ. Pedes cinereo-nigri, tarsis nigris, anticis articulo 4:to nudo, absque setis incurvis.

7. *M. conica* Fall. Zett. III. p. 1206. ♂♀, VIII. 3254, XI. 4317, & XII. 4704.

Etiam in Oelandia utrumque sexum legit *Holmgren*, Mus. Acad. Holmiæ. (In Finland. ad Eriksberg rar., Mus. *Bonsdorff*).

*7—8. *M. deprimata* Zett. n. sp.: obscure cinerascens; capite griseo; frontis leniter prominentis vitta angustata, antennis totis, thoracis vittis 3 latiusculis, scutello, abdominis ovati, subdepressi fasciis 4 latis, tridentatis, basi cohærentibus, pedibusque nigris; oculis non late remotis. ♂♀. (Long. circiter 1¾ lin.).

Hab. in Gottlandia rarissime: ad Klinte utrumque sexum Prof. *Boheman* invenit, Mus. Acad. Holm.

♀. Per colorem corporis obscurum & abdomen ovale, subdepressum (in ♀) a conspeciebus facile dignoscenda. Oculi majusculi, antice subanguste, posterius nonnihil latius distantes, per orbitas griseas & vittam frontalem angustam, nigram remoti. Series setarum frontalium tenuium vix ad antennarum basin utrinque continuata. Antennæ incumbentes, seta nuda, basi distincte incrassata. Epistoma perpendiculare, e griseo vel sordide albido micans. Os haud reflexum. Thorax schistaceus, dorso vittis 3 latis, nigris. Scutellum nigrum. Abdomen nitens, ex maxima parte nigrum, segmentis scilicet 1:mo fere toto, reliquorumque singulo fascia lata tridentata basi connexa nigris, relictis tantum in singulo segmento maculis 4 parvis subtrigonis sordide griseis parum, nisi certo situ, manifestis. Abdomen ante incisuras setulosum. Anus obtusus, simplex. Alæ hyalinæ. Nervi: transversus ordinarius $\frac{2}{3}$ pone nervum medium areæ mediæ insertus, obliquus subrectus, apicalis distincte incurvus; longitudinalis 4:tus infra angulum subacutum paullo (apparenter) continuatus. Area media apice perspicue aperta, nonnihil ante apicem alæ educta. Costa nuda; spinula nulla. Squamæ subalares magnæ, albidæ. Pedes simplices, nigri, pulvillis minutis.

♂. Similis feminæ, a qua tantum fronte adhuc paullo angustiore, abdomine ovali, subcylindrico, nec non ano tuberculo nigro nitido subinflexo discrepat.

8. *M. cylindrica* Fall. Zett. III. p. **1207.** ♂♀, & VIII. 3254.

♂♀ in terra nuda arida ad Illstorp Scan. d. 4—20 Jul. freq.; in Gottlandia, Mus. Acad. Holm.

9. *M. convexula* Zett. III. p. **1208.** ♀.

In Lapponia Lulensi ad Quickjock ♀ unica, Prof *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

10. *M. rotundiventris* Zett. III. p. **1209.** ♀.

11. *M. minuta* Fall. Zett. III. p. 1209. ♂♀.

In fol. fruticis ad Räften prope Lund d. 18 Jul. 1858 marem semel deprehendit *Roth.*

Obs. Halteres nudi, albi, clava apice puncto obscuro, Metatarsi flavidi.

12. *M. griseola* Fall. Zett. III. p. 1211. ♂♀, & XII. 4704.

In foliis fruticum ad Illstorp Scaniæ d. 8—14 Jul. 1857, copiose, *Roth.*

Thorax lineis 5 (nec ut in Dipt. Scand. & Meigeni Dipt. Europ. dicitur tantum 4) nigris. Abdomen vel cinereum vel griseum, antice linea media fusca plus minus obsoleta. Squamæ subalares magnæ, albæ, margine anguste flavo. Halteres flavi. Tarsi in ♂ apice pilosi, ungvibus pulvillisque sat longis.

*12—13. *M. tachinaria* Zett. n. sp.: cinerea, capite argenteo, vitta frontali lata, antennis, palpis pedibusque nigris; thorace obsolete nigro-lineato; abdomine trifariam nigro-maculato; antennis epistomate paullo brevioribus, seta distincte pubescente. ♂. (Long. 1 $\frac{1}{2}$, fere 2 $\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in Scania rarius, scilicet ad Illstorp locis aridis d. 10—17 Jul. 1857 nonnulla specimina mascula invenit *Roth.*

♂. *M. griseolæ* (12) quodammodo similis, magnitudine vero paullo minore, fronte minus prominente, antennis paullo longioribus, seta perspicue pubescente, ut & abdomine trifariam maculato, vere diversa, atque *Miltogrammæ,* ut mihi videtur, rectius, quam *Tachinæ* generi associanda. — Oblonga, subcylindrica, cinerea, aut cinereo-grisea, opaca. Caput argenteum. Frons paullo prominens, vitta media sat lata, lenissime albido-subpollinosa. Series setarum frontalium utrinque, interior e setis mediocribus constans ad antenna-

rum basin extensa, exterior postica tantum e setis tribus formata. Antennæ epistomate nonnihil breviores, incumbentes, sublineares, articulo ultimo 2:do saltem duplo longiore, apice obtuso; totæ nigræ, seta longiuscula, biarticulata, fere ad medium incrassata, & in crassitie distincte pubescente vel breviter subplumata, apice nuda. Epistoma breve, subdeclivum, nudum, apice leniter reflexo. Seta mystacina utrinque sat distincta, & setulæ sub ore plures sensim decrescentes & demum sub mento tantum in pilos abientes. Palpi filiformes & proboscis nigra. Genæ nonnihil infra oculos nudos descendentes, cinereæ, nigro-hirtulæ. In thoracis dorso vestigium linearum fuscarum. Scutellum immaculatum. Abdomen cylindrico-conicum, cinereum aut griseum, trifariam fusco-nigro-maculatum, maculis nempe in 1:mo segmento nonnihil breviore in medio approximatis, in singulo vero segmentorum 2 & 3 omnibus tribus remotis, harumque media longa obconica, lateralibus rotundatis. Segmenta 1 & 2 omnino inermia, 3 & 4 margine apicali distincte setoso. Anus rotundatus. Alæ fere ut in *M. conica* & *cylindrica*; hyalinæ, nervis: transversis, medio inter apices secundarii & auxiliaris ducto, ordinario paullo obliquo & leniter flexo, nonnihil pone medium areæ ultimæ inserto; longitudinalibus 3:tio basi 5-6-setuloso, 4:to apparenter paullo infra angulum subobtusum descendente. Area ultima modice aperta, paullo ante apicem alæ terminata. Spinula costæ nudæ adest, sed minuta. Squamæ subalares mediocriter magnæ, albæ, valvulis perspicue inæqualibus. Halteres pallide flavi. Pedes simplices, setosi, nigri, ungvibus & pulvillis parvis.

13. *M. oculata* Zett. III. p. 1212. ♂.

*13—14. *M. plumicornis* Zett. n. sp: cinerea, capite grisescente; fronte leniter prominente, modice angusta, vitta angustata, nigra; antennis cum seta plumata, palpis pedibusque nigris; thoracis lineis abdominisque ovati punctis 6 remotis lineaque media brunneis, obsoletis. ♀. (Long. circiter 1 $\frac{3}{4}$ lin.).

Hab. in Gottlandia, in unico specimine a Prof. *Boheman* lecta, Mus. Acad. Holm.

♀. Per antennarum setam in medio sat distincte plumatam & abdominis picturam ab affinibus dignota, & vix *Sarcophagæ* speciei puto. — Opaca. Frontis vitta nigra linearis cum singula orbita oculorum æqualem habet latitudinem. Series setarum frontalium haud validarum utrinque duplex per setas 2 l. 3 infra basin antennarum descendit. Antennæ epistomati perpendiculari paullo breviores, incumbentes, nigræ, articulo ultimo superne puncto rufo, seta basi incrassata, apice nuda. Seta mystacina utrinque unica, sed setulæ oris vix ullæ. Abdomen ovale, cinereo-griseum, punctis majusculis l, maculis parvis in singulo segmentorum 2, 3 & 4 duabus distantibus obscuris subobsoletis, & linea intermedia brunnea in segmentis 2 & 3; postice tenuiter depressim setulosum. Alæ ut in *M. cylindrica* (8). Costa nuda. Squamæ subalares sordide albidæ, valvulis valde inæqualibus, superiore inferiorem vix $\frac{1}{3}$ tegente. Halteres flavi. Pedes nigri, ex cinereo micantes, trochanteribus intermediis ferrugineis; setulosi. Pulvilli minuti.

14. *M. hilarella* Zett. III. p. 1212. ♀.

In Scania ad Illstorp in arenosis d. 17 Jul. 1857 marem deprehendit *Roth.* (In Finlandia ad Eriksberg & Isbois, *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*).

*♂ similis feminæ, sed paullo minor. Abdominis maculæ omnes subæquales. Variat grisea, nec cinerea. Variat quoque tibiis omnibus nigricantibus, nec posticis testaceis. Alarum costa subciliata.

15. *M. siphonina* Zett. III. p. 1213. ♂♀, VIII. 3255, & XII. 4704. ♂.

In Scania: ♂ ad Torekow d. 13 Jun. & uterque sexus ad Illstorp d. 8—21 Jul., *Roth*; mares rarius obvii.

♂♀. Proboscis exserta, subfiliformis, basi geniculata. Abdominis segmenta ut in *M. hilarella* setosa, incisuris albidis. Spe-

cimina vidi abdominis maculis in dorso minutis, ad latera majusculis.

Var. b. XII. p. 4704.

16. *M. heteroneura* Meig. Zett. III. p. 1214. ♂♀.

*17. *M. pusilla* Zett. n. sp: griseo-cinerea, fronte modice lata, concolore; epistomate abdominisque incisuris albis; antennis nigris, basi, palpis, trochanteribus geniculisque summis flavis; alarum nervis transversis valde obliquis, area apice occlusa. ♀? (Long. circiter $1\frac{1}{4}$ lin.).

Hab. in Scania rarissime: ad Illstorp d. 9 Jul. 1859 semel a D. *Roth* inventa.

♀? Minuta. Griseo-cinerea. Frons modice lata, cinereo-grisea, vitta proportione angusta, æquali, dilutiore. Series setarum frontalium duplex. Antennæ breviusculæ, nigricantes, articulis 1 & 2 rufis, seta breviuscula, gracili, nigra, basi leniter incrassata, versus apicem tenuissime puberula. Epistoma breve, album, margine apicali reflexo. Palpi exserti, flavi. Proboscis exserta, nigra. Thorax subimmaculatus. Abdomen conicum, cinereum, immaculatum, incisuris anguste albidis. Margo apicalis in segmentis 2 & 3 paucisetosus, in 4:to plurisetosus. Alæ cinereo-hyalinæ. Nervi: transversi (ordinarius & apicalis) leniter flexi, manifeste obliqui, horum ordinarius paullo pone medium areæ insertus; longitudinalis 4.tus infra angulum obtusum continuatus. Area plene occlusa. Spinula costæ adest. Squamæ subalares albæ. Femora nigro-cinerea, trochanteribus geniculisque anguste rufo-flavis. Tibiæ piceæ. Tarsi simplices, nigri.

---

23 Sp.

111 b). LOPHOSIA Meig.

1. *L. fasciata* Meig. Zett. III. p. 1215. ♀? & XII. 4704 (♂♀).

---

1 Sp.

112. PHANIA Meig.

1. *Ph. thoracica* Meig. Zett. III. p. 1217. ♂♀. & VIII. 3255.

(Ad Kakkarais Finland. 2 mares, *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*).

*1—2. *Ph. acerba* Meig. n. sp. pro Faun. Scand.: nigra, nitida, lenissime albo-micans, capite albido; antennarum seta breviter subpectinata; abdomine ovato, dorso linea media incisurisque nigris. ♂. (Long. circiter 1 $\frac{1}{3}$ lin.).

Medoria acerba Meig. Dipt Europ. 7. p. 204. 7. ♂.

Hab. in Scandin. rarissime: in Lapponia Lulensi ad Quickjock marem unicum deprehendit Profess. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

♂. Magnitudo *Ph. curvicaudæ;* sed ab hac & ab aliis congenericibus distinguitur colore corporis nigro lenissime ex albido micante, nec pure nigro l. atro, antennarum seta tantum superne seu unilateraliter, nec undique breviter plumata. — Caput albidum. Frons manifeste angusta (♂), orbitis oculorum tenuissimis, albis, & vitta media angusta, nigra. Series setarum frontalium gracilium utrinque simplex, tantum ad basin antennarum, nec infra, extensa. Antennæ incumbentes, nigræ, epistomate dimidio breviores, articulo ultimo 2:do dimidio longiore, seta biarticulata ad medium incrassata, superne in medio radiis 4—5 quasi pectinata. Epistoma breve, margine apicali distincte exserto, livido. Palpi retracti, parvi, fusci. Oculi majusculi, nudi. Scutellum immaculatum. Abdomen oblongo-ovatum, segmento 1:mo inermi, reliquis margine apicali setulosis. Cauda inflexa, ventri incumbens, ad segmentum 2:dum extensa, tota nigra. Alæ subhyalinæ, basi fuscanæ; inermes. Nervi; transversi, ordinarius nonnihil pone medium areæ insertus, obliquus, leniter

flexus, apicalis rectus; longitudinales, 4:tus angulo obtuso flexus, 5:tus non usque in marginem interiorem descendens. Area occlusa, in apice l. mox ante apicem alæ educta. Spinula costæ minuta, vix ulla. Squamæ sordide albæ. Halteres testacei. Pedes simplices, spinulosi, piceo-nigri. Pulvilli mediocres. — Affinis *Dexiæ puberulæ* (13), sed multoties minor & pluribus notis discedens.

*1—3. *Ph. incisurata* Zett. n. sp.: sordide cinerea, parum nitens; capite schistaceo; antennarum seta breviter subpectinata; antennis, palpis, abdominis dorso linea media incisurisque pedibusque nigris; *mas:* oculis arcte cohærentibus, abdomine breviter ovato, cauda inflexa. ♂. (Long. parum ultra 1 lin.).

Hab. in Gottlandia, ubi marem unicum invenit Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

♂. Similis *Phan. acerbæ* (1—2), sed magnitudine nonnihil minore, antennis nonnihil longioribus, oculis arctius contiguis, epistomate schistaceo, nec albescente, corpore magis sordide cinereo & minus nitido, abdomine brevius ovato, linea dorsali nigra & incisuris in fundo glaucescente nigris perspicuioribus, alarum area apice leniter aperta, nec occlusa, nervo transverso ordinario recto, nec leniter flexo, ut & squamis subalaribus magis sordide albidis, fere fumatis, manifeste diversa. — Oculi nudi. Antennæ longitudine fere epistomatis, articulo ultimo lineari Vibrissæ nullæ. Thorax disco dorsali fuscus. Abdomen pilosulum & ante incisuras setulis minime validis munitum. Cauda nigra. Alar. nervus transv. ordinar. fere in medio areæ insertus. De cetero ut in *Ph. acerba* Meig, pro qua hanc speciem haberem, nisi abdomen breviter ovatum, haud nitens, nec ut *Meigen* suam descripsit: "Hinterleib länglich eirund, glänsend", obstaret.

2. *Ph. Curvicauda* Fall. Zett. III. p. 1217. ♂♀, & VIII. 3255.

In floribus Pimpinellæ ad Illstorp Scan. d. 15 Jul. 1857 ♀ reperta, *Roth.*

Obs. In Dipt. Scand. Tom. III p. 1217. lin 5 ab infra deleatur vocabulum opaco, nam thorax, nitidus est.

2—3. *Ph. obscuripennis* Meig. Zett. VIII. p. 3256. ♂♀, & XII. 4705. ♀.

5 Sp.

113. MICRA Zett.

1. *M. trixina* Zett. III. p. 1218. ♂.

1 Sp.

114. OCYPTERA Latr.

A. Nervi transversi inflexi. Etc.
sp. 1—2.

B. Nervi transversi recti. Etc.
sp. 3—4.

1. *O. brassicaria* Fabr. Zett. III. p. 1220. ♂♀. & VIII. 3257. ♂♀.

In Westrogoth. ex. gr. ad Gothoburgum Jul. Aug. non raro. (In Finland. passim freq., Mus. *Bonsdorff*; ♂ & ♀ in copula ad Carlsbad captos non raro legit D. Magist. *Thomson*).

Var. b. ♂♀. III. p. 1220, & VIII. 3257. ♂♀.

Var. a. & b. in copula promiscue junctæ ad Gothoburgum & aliis locis hinc inde occurrunt. (In Finland., Mus. *Bonsdorff*).

♂: fronte flavida, vitta nigra; ♀: fronte alba, vitta nigra.

2. *O. cylindrica* Fabr. Zett. III. p. 1221. ♂♀, & VIII. 3257.

In Scania ad Lindholmen d. 5—10 Jul. capta. (Ma-

rem & feminam in copula junctos, etiam ad Carlsbad Bohemiæ mense Julio 1859 frequenter observatos, mecum communicavit D. *Thomson*).

3. *O. interrupta* Meig. Zett. III. p. 1222. ♂♀. VIII. 3257. ♀, & XI. 4317. ♂.

In graminosis ad Bökestad Scan. d. 6 Jun. 1859. ♂. *Roth*. (Ad Kakkarais Finland. 1 ex. *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*).

♂: fronte flavida, vitta nigra; ♀: fronte alba, vitta nigra.

4. *O. pusilla* Meig. Zett. III. p. 1223. ♀, & VIII. 3257.

In Scania boreali ad villam Nyteboda 1 feminam d. 18 Jun. 1858 in gramine legit *Roth*. (♀ ad Carlsbad mense Jul. 1859 raro, *Thomson*).

---

4 Sp.

115. WAHLBERGIA Zett.

1. *W. melanura* Meig. Zett. III. p. 1224. ♂♀, VIII. 3257, & XII. 4705.

Ex hac rara specie individuum unicum masculum in flor. Achilleæ Millefol. ad pagum Illstorp Scaniæ d. 21 Jul. 1859 legit *Roth*. (In provincia Wiburgensi Finland. in 2 speciminibus a Prof. *Pipping* capta, teste Prof. *Bonsdorff*).

Alæ leniter subfumatæ, basi sordide flavidæ. Area ultima apice petiolata. Angulus nervi longitudinalis 4:ti rotundatus.

*2. *W. dimidiata* Zett. n. sp.: atra, nitida; capite argenteo, antennis nigris; vitta frontali thoracisque vittis anticis canis; abdominis segmentis subtribus anticis rufis, linea dorsali nigra; alis cinereis, nervo

longitudinali 4:to subangulatim flexo. Minor. ♂♀. (Long. 1—1¼ lin.).

Hab. in arenosis Scaniæ raro: ad Illstorp d. 21 Jul. —17 Aug. 1855 duos mares totidemque feminas detexit *Roth.*

Mas: oculis modice distantibus, fronte cinerea, vitta media grisea; cauda mediocri sub ventre inflexa, vix ad segmentum 2:dum extensa, atra, nigro-hirta;

Fem.: oculis latius remotis, fronte atra, nitida, vitta media grisea; cauda magna sub ventre inflexa, ultra marginem apicalem segmenti 2:di extensa, tota atra l. picea, nitida, nuda.

♂♀. *Wahlb. melanuræ* magnopere affinis & similis, sed magnitudine constanter minore, abdominis colore rufo per lineam dorsalem nigram diviso, ut & alarum nervo 4:to plerumque nonnihil magis subangulatim curvato, distincta. — Caput argenteum. Antennæ nigra. Setæ verticis & mystacinæ nigræ. Barba brevis, sub ore alba. Vitta frontalis opaca, grisea, verticis macula ocellorum nigra. Thorax (in illæsis) præsertim in ♂ antice canus, lineis 4 nigris, mediis angustis; postice niger, dorso in primis in ♂ perspicue nigro-hirtus. Scutellum nigrum, apice setulosum. Abdomen ferrugineum, nigro-pubescens, macula nigra in segmentis 1 & 2 oblonga, subconica, in 3:tio magna, trigona; segmento 4:to toto cum cauda atris. In uno specimine femineo anus ita curvatus, ut cauda sub ventre inflexa magna, ad dimidium segmenti 2:di, in altero cauda eadem usque ad marginem apicalem segmenti 1:mi extendatur. Alæ in utroque sexu cinereæ, dilute fumatæ, basi flavidæ, nervis: longitudinali 4:to per angulum obtusum flexo, transverso ordinario medio areæ ultimæ inserto; area apice distincte petiolata. Squamæ subalares albæ. Halteres obscuri. Pedes nigri & nigro-pubescentes, inermes, ungvibus & pulvillis parvis.

Obs. Specimen femineum, de quo mentionem in Tom. 3:tio p. 1225 in *observ.* feci, e Glogavia missum, forte ut varietas

hujus considerandum? Differt vero a scandinavicis: abdominis segmentis tantum 1 & 2 (nec quoque 3:tio) ferrugineis, linea dorsali nigra integra, nec interrupta, alarum area ultima apice brevius petiolata, ut & vitta frontali nigra (nec grisea), licet ita fortasse solum in detrito?

2 Sp.

116. GYMNOSOMA Fall.

1. *G. rotundata* Linn. Zett. III. p. 1226. ♂♀, VIII. 3257, XI. 4318, & XII. 4705.

In Scania meridionali ad Klinta prope Ringsjön, & boreali ad Gualöf ambo sexus d. 27 Jun.—7 Jul. captus; ♀ ad Illstorp d. 17 Aug lecta. (In Finland. vulgaris, Mus. *Bonsdorff*; e Carlsbad Bohemiæ, ubi mense Julio frequenter occurrit, uterque sexus mihi missus).

Ciliæ postoculares perspicuæ, nigræ. Occiput albo-villosum.

Var. b. ♀. III. p. 1227.

1 Sp.

117. CISTOGASTER Latr.

1. *C. globosus* Fabr. Zett. III. p. 1228. ♂♀, VIII. 3258, & XII. 4706. ♀.

(In Finland. ad Kakkarais rar., *Pippingsköld*, Mus. *Bonsdorff*; ad Carlsbad mense Jul. 1859 utrumque sexum frequenter legit Mag. *Thomson*, qui etiam specimina mecum benigne communicavit).

Var. b. ♀. III. p. 1229.

(Ad Carlsbad ♀ unica, *Thomson*).

1 Sp.

118. RHINOPHORA Meig &c. (*).

1. *Rh. umbratica* Fall. Zett. III. p. 1230. ♂♀.

Uterque sexus ad Illstorp Scan d. 3—13 Jul. lectus.

1—2. *Rh. lugubris* Zett. XII. p. 4706, ♀. (**)

In Scania etiam ad Illstorp utrumque sexum d. 12—13 Jul. deprehendit *Roth*.

Obs. 1. Hæc species palpis nigris & halteribus obscuris, individua majora & matura complectens, forte consideranda est ut *Rhinophora umbratica* genuina; & *Rh. umbratica* Dipt. Scand. III. p. 1230. 1. palpis halteribusque subflavidis descripta tantum ejus varietas habenda, specimina juvenilia continens?

Obs. 2. In Dispositione generum (Dipt. Scand. Tom. 1. 51—52) characteres satis vacillantes & parum discrepantes pro generibus illis affinibus *Rhinophora* & *Melanophora* afferuntur. Diagnoses vero horum generum melius formantur, si illæ eo modo mutantur, ac in notis sub his generibus jam proposui.

2. *Rh. hyalinata* Zett. III. p. 1231. ♂.

3 Sp.

119. LEUCOSTOMA Meig.

A. Alarum spinula costæ adest. Etc.

*). Abdomen subcylindricum, &.

sp. 1—3.

(*). Frons subprominula. Epistoma apice reflexum. Antennæ epistomate fere dimidio breviores. Setæ mystacinæ plures. Alarum nervus 3:tius longitud. rectus, 4:tus subangulatim flexus, area ultima (in nostris) sat longe petiolata, costa ciliata & spinula (in nostris) subgemina distincta. Squamæ subalares mediocres. Abdomen conico-cylindricum, segmento ultimo fortiter setoso.

(**). In Tom. XII. p. 4706. lin. 20 stat: obscuriobus, lege: obscurioribus.

**). Abdomen (♀) rotundato-ovatum, &.
sp. 4—4-5.

B. Alarum spinula costæ deest. Squamæ subalares magnæ aut parvæ.
sp. 5—7.

1. *L. maculata* Fall. Zett. III. p. 1232. ♂♀.

Mares nonnullos in truncis viventibus Fagi ad Lindholmen Scan. d. 16 Jul. 17 & 27 Aug. 1858 cepit *Roth*, qui etiam feminam in fol. Betulæ d. 16 Jul. 1859 ad Sjöbo legit.

*Var. b. ♂♀. similis var. a., sed duplo & ultra minor.

In Kinnekulle Westrogoth., Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm. — Hujus videtur.

2. *L. brevicornis* Zett. III. p. 1233. ♂♀.

3. *L. aenescens* Zett III. p. 1234. ♂♀, & VIII. 3259. ♂♀.

4. *L. venosa* Meig. Zett. III. p. 1234. ♀.

*♂ hactenus non observatus, sed nunc ad Holmiam a Prof. *Boheman*, & in Oelandia a D. *E. A. Holmgren* detectus, Mus. Acad. Holm.

♂. Similis omnino feminæ, a qua oculis posterius contiguis, microscopice puberulis, abdomine ovali, nec ovato, ut & tarsorum pulvillis majoribus differt. Palpi nigri, valde exigui. — Magnitudine, colore & nervorum in alis directione sat similis *Tach. ocypterinæ* n:o 74, sed epistomate nudo absque vibrissis facile dignoscitur.

*4—5. *L. phoeoptera* Meig.: atra, nitida, epistomate inferne obsolete albicante; squamis subalaribus flavis; alis leniter fuscanis, margine interiore cinereo-

hyalino, area media breviter petiolata. ♀. (Long. fere 3 lin.).

Meig. Dipt. Europ. 7. p. 212. 5. — *Tachina* eadem Meig. Dipt. Europ. 4. p. 288. 85. ♂♀. — *Cassidæmyia*, eadem Macq. Buff. 2. p. 164. 5. ♂♀.

Hab. in Suecia rarissime: in Bahusia feminam invenit Prof. *Boheman*, Mus. Aacd. Holm.

♀. Affinis *L. venosæ* (4), sed triplo & ultra major, capite magis obscuro & præsertim squamis subalaribus flavis, nec albis distincta. Atra, nitida. Frons leniter prominens, serie setarum haud validarum duplici, non longe descendente. Vitta frontalis angusta, brunnea. Antennæ epistomate duplo breviores, incumbentes, seta brevi, nuda, basi incrassata. Epistoma absque vibrissis, infra seriem setarum frontalium glaucescens, area media triangulari, ore non reflexo. Seta mystacina utrinque parum manifesta, sed setulæ oris plures. Palpi retracti. Oculi majusculi, nudi, seu oculo acutissime armato omnium tenuissime & brevissime puberuli. Abdomen rotundatum (♀), subdepressum, segmentis 1:mo inermi, 2 & 3 in medio & lateribus parce, 4:to pluri-setosis. Alæ cinereo-hyalinæ, basi & ad costam leniter fumatæ. Nervi anguste fuscedine cincti, tranversus ordinarius nonnihil pone medium areæ apice petiolatæ insertus, subobliquus, lenissime flexus (in medio in specimine viso nervulo brevissimo, intus verso, appendiculato); apicalis rectissimus. Nervus 3:tius longitud. basi trisetulosus. Spinula minuta adest. Squamæ subalares mediocres, flavæ. Halteres tecti. Pedes toti nigri, spinosi, tarsis robustis.

♂ a *Meigen* l. c. refertur ut feminæ similis & per frontem angustiorem tantum discrepans, a me non visus.

Hæc ad eam Tachinariarum subdivisionem pertinet cujus specierum larvæ, observante *Leon Dufour*, in corpore *Cassidæ viridis* degunt. Hinc genus *Cassidæmyia* a *Macquart* conditum.

Obs. Descriptio Meigeni hujus speciei in nostram bene quadrat, excepta magnitudine, quæ a clar. Auctore tantum "etwas über 2 Linien" dicitur.

5. *L. simplex* Fall. Zett. III. p. 1235. ♂♀.

In Scan. boreali ad Ifö d. 23 Jun. 1858 feminam unicam, & in flor. Achilleæ ad Illstorp d. 4—26 Jul. 1859 utrumque sexum deprehendit *Roth*.

*6. *L. Nigrisquama* Zett. n. sp.: subænescenti-nigra, nitida, capite nigro, orbita oculorum tenui, argenteo; alis albo-hyalinis, vitta costali ad apicem nervi longitudinalis 2:di ducta squamisque subalaribus parvis nigricantibus, halteribus nigris. ♂. (Long. vix 1 lin.).

Hab. in Scania rarissime: in fol. Sambuci nigræ ad Illstorp d. 5 Jul. 1859 a D. *Roth* semel capta.

♂. Similis *L. brevicorni* (2), sed paullo minor, & antennis totis nigris, squamis subalaribus obscurioribus, alarum spinula costali nulla &c. dignota. A *L. (Tachina) limbata* Meig. Dipt. Eur. 4. 288. 87. & 7. 212. 6. cui quoque sat similis videtur, magnitudine minore ut & squamis subalaribus nigricantibus, minime flavido-albis (gelblichweis), dignoscitur. — Minuta, nigra, metallice nitens. Caput nigrum, orbita oculorum angusta, argentea. Oculi in fronte fere contigui. Antennæ epistomate brevi adhuc breviores, seta gracillima, nuda. Organa oris nigra. Abdomen ovale, segmentis æque longis; subdepressum, pubescens setis nullis nisi in segmento ultimo paucis, tenuibus. Anus inflexus. Alæ cinereo-hyalinæ, costa non usque ad apicem alæ nigricante, inter apices nervi auxiliaris & longitudinalis 2:di (h. e. segmento costæ 2:do) saturatiore. Nervi: longitudinalis 4:tus rectangulatim flexus; transversus ordinarius in medio areæ apice longe petiolatæ insertus. Spinula costæ omnino nulla. Squamæ subalares parvæ, totæ nigricantes. Halteres nigri. Pedes toti nigri, ungvibus nigris & pulvillis albis parvis.

*7. *L. flavicornis* Zett. n. sp.: subænescenti-nigra, nitida, fronte modice lata, concolore, vitta atra; antennis flavis; alis nigricantibus, apice albis, squamis subalaribus parvis halteribusque nigris. ♀? (Long. saltem 1 lin.).

Hab. in Scania rarissime: in graminosis locis aridis ad Illstorp d. 18 Jul. 1859 specimen unicum invenit *Roth*.

♀? Priori seu *L. Nigrisquamæ* quodammodo similis & ei certe affinis, sed præter frontem latiorem & magnitudinem nonnihil majorem differt etiam antennis flavis, nec nigris, alis latius infuscatis, squamis subalaribus intensius nigris &c. — Caput fusco-nigrum. Frons modice lata, ænescenti-nigra, nitida, vitta modice angusta, immersa, atra, triangulo verticis elevato, ænescente, nitido; serie setarum utrinque subsimplici. Antennæ breviusculæ, subrotundatæ, flavæ, seta gracili, nigra, nuda. Orbita oculorum facialis alba. Instrumenta cibaria retracta, videntur fusca. Thorax, scutellum & abdomen ænescenti-nigra, nitida; hoc oblongo-ovale, subconvexum, tenuissime depresso-puberulum, de cetero nudum, absque omnibus setis. Segmenta æque longa. Anus inflexus. Alæ nigricantes, nigredine ad marginem interiorem minus intensa; apice alæ a nervo transverso apicali & apice nervi longitudinalis 2:di, albo, fere similiter ac in ♀ *Melanophoræ roralis*. Nervus transversus ordinarius fere mox ante medium areæ oblongæ & apice longe petiolatæ insertus. Spinula costæ nulla. Squamæ subalares parvæ, totæ, & halteres nigra. Pedes parum pilosi, nigri, anticorum coxis flavidis & femoribus piceis. Ungves nigri & pulvilli albi. — Vix femina *L. Nigrisquamæ*, prout detector suspicatus est.

---

8 Sp.

120. MELANOPHORA Meig. (*)

1. *M. roralis* Linn. Zett. III. p. **1237**. ♂♀.

♂ in fenestris ædium Lundæ a primo vere usque ad diem 4 Octobr. visus; ♀ etiam tota æstate obvia. (In Finland. ad Eriksberg &c., Mus. *Bonsdorff*).

---

1 Sp.

121. SCOPOLIA Meig.

*). Antennæ subangustatæ, lineares.
sp. 1—3.

**). Antennæ magnæ, latæ.
sp. 4—7.

1. *Sc. carbonaria* Panz. Zett. III. p. **1239**. ♂♀.

Locis arenosis ad Illstorp Scaniæ mense Aug. non parce, *Roth*. (In Finlandia ad Helsingfors & Uskela ♂♀ rarius, Mus. *Bonsdorff*).

Alæ nigræ variant margine interiori aut fumato, aut albido-hyalino. Color corporis ænescens speciem bene designat.

2. *Sc. costata* Fall. Zett. III. p. **1240**. ♂♀.

In Hallandia ad Östra Karup d. 14 Jun. 1857. 1 ♀, *Roth*.

3. *Sc. picta* Wahlb. Zett. III. p. **1241**. ♀?, & VIII. **3259**.

4. *Sc. cunctans* Meig. Zett. III. p. **1242**. ♂♀, & VIII. **3260**.

(*). Frons haud prominula. Epistoma apice reflexum. Antennæ epistomate plus quam dimidio breviores. Setæ mystacinæ plures. Alarum nervus 3:tius longitudinalis rectus, 4:tus subangulatim flexus, area ultima longe petiolata, costa subnuda & spinula nulla. Squamæ subalares parvæ. Abdomen cylindricum, segmento ultimo parce setoso.

5. *Sc. borealis* Zett. III. p. 1243. ♀?.

6. *Sc. lugens* Meig. Zett. III. p. 1243. ♂♀.

7. *Sc. latifrons* Zett. III. p. 1244. ♀.

---

7 Sp.

Fam. 22. PHASIARIÆ Zett.

122. PHASIA Latr. (*)

Sect. 1. Alarum area ultima apice longe petiolata.

A. Area ultima subtrigono-ovata; &c.

sp. 1—2.

B. Area ultima apice rotundata, &c.

sp. 3—12.

Sect. 2. Alarum area ultima breviter petiolata. Etc.

sp. 13—15.

Sect. 3. Alarum area ultima apice aperta. *Phasia* propria Meig. Dipt. Eur. 7. p. 283. Tab. 73. f. 41.

sp. 16.

1. *Ph. subcoleoptrata* Linn. Zett. III. p. 1245. ♂♀, XI. 4318, & XII. 4707.

(In Finlandia: ad Isbois 2 feminas legit *Pippingsköld*, ad Eriksberg in floribus Pruni Padi & Calthæ palustris d. 27—28 Maj. 1859 mares duos invenit Prof. *Bonsdorff*).

2. *Ph. hemiptera* Fabr. Zett. III. p. 1246. ♂♀, & XII. 4707. ♂♀.

(*). In Dipt. Scand. Tom. III. p. 1245, lin. 5. stat. area occlusa; lege: area in nostris sæpissime occlusa; Tom. XII. p. 4707. lin. 12. stat: in omnibus nostris, lege: in plerisque nostris.

3. *Ph. muscaria* Fall. Zett. III. p. 1248. ♂♀, & VIII. 3260.

In Pinetis ad Sjöbo Scan. d. 20 Jul. 1859 ♀ semel capta, *Roth.* (Ad Helsingfors Finland. ♀ d. 2 Aug. raro, Mus. *Bonsdorff*; ad Taipalsaari femina unica, D. *Mäklin*).

4. *Ph. umbrata* Wahlb. Zett. III. p. 1249. ♂, & VIII. 3260.

5. *Ph. grisea* Zett. III. p. 1250. ♀, & VIII. 3261.

6. *Ph. flavipennis* Wahlb. Zett. III. p. 1250. ♂, & VIII. 3261.

*6—7. *Ph. vitripennis* Zett. n. sp.: nigra, capite glaucescente; alis hyalinis, squamis subalaribus albis; oculis cohærentibus. ♀. (Long. vix 1 lin.).

Hab. in Scania valde rara: in graminosis locis aridis ad Gualöf d. 9 Jun. 1859 & ad Illstorp d. 6 Jul. ejusdem anni a D. *Roth* bis inventa.

♀. Pusilla, ovata, parum nitida, tota nigra, abdomine ænescenti-nigro. Epistoma cinereum, orbitis oculorum albidis. Antennæ breves, nigræ. Oculi magni, in medio frontis contigui, triangulo supra antennas nigro. Proboscis exserta, elongata. Abdomen præsertim posterius cinereo-indutum. Alæ vitreæ, nervis ut in *Ph. pusilla* (7) directis. Squamæ subalares magnæ, albæ.

7. *Ph. pusilla* Meig. Zett. III. p. 1251. ♀, VIII. 3261, & XII. 4707.

8. *Ph. hyalipennis* Fall. Zett. III. p. 1252. ♂♀.
Obs. In Tom. 3:tio pag. 1252. lin 7 stat: in ♂, lege: oculis in ♂

9. *Ph. nana* Fall. Zett. III. p. 1252. ♂♀.

10. *Ph. pygmaea* Fall. Zett. III. p. 1253. ♂♀, & XI. 4318.

11. *Ph. fasciola* Zett. III. p. 1254. ♀? & VIII. 3261.

12. *Ph. zonella* Zett. III. p. 1254. ♀.

13. *Ph. opaca* Zett. III. p. 1255. ♂?

14. *Ph. ruficeps* Zett. III. p. 1255. ♀.

15. *Ph. convexa* Wahlb. Zett. III. p. 1256. ♀?

*16. *Ph. Rothi* Zett. n. sp.: breviter ovata, opaca, cinerea, abdomine immaculato; capite argenteo; antennis, thoracis lineis 4 pedibusque nigris; palpis flavis; alis cinereo-hyalinis, nervo 4:to longitudinali angulatim flexo in apice alæ excurrente, area ultima modice aperta; squamis subalaribus albidis; oculis cohærentibus. ♂♀. (Long. circiter $2\frac{1}{2}-2\frac{3}{4}$ lin.).

Mas: oculis non arctissime connexis, per orbitas oculorum tenuissimas nigras in fronte lenissime disjunctis; abdomine ovato, 1:mo segmento certo situ nigricante, ano haud exserto, cauda e tuberculo parvo subretracto atro constante; ungvibus nigris & pulvillis sordide albis elongatis.

Fem.: oculis in frontis postico sat arcte cohærentibus; abdomine brevius ovato; ano parvo, retracto, cinereo, absque tuberculo caudali; ungvibus nigris & pulvillis sordide albidis brevibus.

Hab. in Scania media, ubi ad Klinta prope Ringsjön marem unicum in floribus Cratægi Oxyacanthæ d. 6 Jun. 1858, & feminas paucas in floribus Myosotidis sylvaticæ d. 4—6 Jun. 1857 invenit indefessus noster *Roth.* (Ad Wiborg Finlandiæ unica femina, D. *Pipping*).

♂♀. Species facillime dignota, nam inter scandinavicas sola est, quæ alarum area ultima aperta gaudet, unde etiam pro

illa novam Sectionem constituere necessarium duxi. Habitus *Ph. muscariæ* (3), sed major & longe alia. — Cinerea, opaca. Caput argenteo-micans. Frons leniter prominens, utrinque tenuiter setulosa, antice triangulo & postice vertice trigono nigris. Oculi magni, posterius contigui. Antennæ epistomate duplo breviores, nigræ, articulo 2:do apice superne puncto albido; seta modice longa, biarticulata, vix ad medium incrassata, tota nuda. Epistoma subperpendiculare, area media cinerea, opaca; antice prominens. Setæ mystacinæ & oris haud validæ. Genæ paullo descendentes, nigro-hirtæ. Palpi mediocres, luteo-flavi. Barba sub mento grisea. Thoracis lineæ 4 obscuræ, per suturam transversam tenuem cineream anguste interruptæ. Scutellum cinereum, disco certo situ obscuro. Abdomen rotundato-ovatum, subdepressum, griseo-cinereum, immaculatum, breviter at dense depresso-hirtum, margine apicali segmentorum 3 & 4 parce setulosum. Alæ non multo latæ, cinereo-hyalinæ, basi sordide albidæ. Nervi: transversus ordinarius obliquus, nonnihil inflexus, pone medium areæ ultimæ insertus; 4:tus longitudin. angulo obtuso curvatus; area modice aperta in apice alæ terminatur. Spinula costæ nulla. Squamæ subalares albidæ, valvulis valde-inæqualibus, inferiore maxima halteres flavos tegente. Pedes simplices, nigri, setosi.

---

17 Sp.

123. GYMNOPEZA Zett.

1. *G. albipennis* Zett. III. p. 1258. ♂, & VIII. 3261.

2. *G. denudata* Zett. III. p. 1258. ♀.

In fossa sub lapide ad Illstorp Scaniæ d. 9 Jul. 1859 femina unica, *Roth.*

---

2 Sp.

124. XYSTA Meig.

1. *X. striginervis* Zett. III. p. 1260. ♀?

2. *X. grisea* Zett. III. p. 1261. ♂, & VIII. 3262.

Obs. Cum *Tachina albinervi* (58) identica putatur.

---

2 Sp.

Fam. 23. DEXIARIÆ Macq.

125. DEXIA Meig.

Subdiv. 1:ma. Alarum area ultima apice aperta.

A. Seta antennarum plumata.

α). Seta longe plumata.

*. Alarum nervus transversus apicalis sursum flexus.

†. Antennæ & pedes flava. Etc.

sp. 1—3.

††. Antennæ & pedes nigra. Etc.

sp. 4—6.

**. Alarum nervus transversus apicalis rectus. Etc.

sp. 7.

β). Seta breviter plumata. Etc.

sp. 8—. 11

B. Seta antennarum pubescens.

sp. 12—13-14.

Subd. 2:da. Alarum area ultima apice occlusa. Etc.

sp. 14—16.

Species dubia:

sp. 17.

1. *D. canina* Fabr. Zett. III. p. 1263. ♂♀, VIII. 3263, & XII. 4708.

(In Finland. [Nylandia] copiose, Mus. *Bonsdorff*).

2. *D. rustica* Fabr. Zett. III. p. 1264. ♂♀, VIII. 3263. ♂♀, & XII. 4708. ♂.

In Scania: in fruticibus ad Räften, Sjöbo & Lindholmen d. 3 Jul.—9 Aug. ♂ & ♀ non raro, *Roth*.

Var. b. *D. lyrata* ♂. III. p. 1265.

3. *D. vacua* Fall. Zett. III. p. 1265. ♂♀, & XII. 4708.

Var. b. ♂♀. III. p. 1265, & XII. 4708.

4. *D. leucozona* Panz. Zett. III. p. 1266. ♂♀, VIII. 3263, & XII. 4708. ♂.

Ad Illstorp Scaniæ d. 12 Jul. 1855 ♂ non parce, *Roth;* etiam ut Scaniæ incola in Mus. Acad. Holm. asservatur.

*Var. b. ♂.: abdomine nigro, fascia basali in segmentis 2, 3 & 4 interrupta, alba; similis var. a., sed abdominis latera immaculata, nec testaceo- vel ferrugineo-pellucida.

In Scania ad Illstorp cum var. a. semel capta.

*Var. c. ♀: paullo minor, alarum nervo transverso ordinario subrecto; similis iterum var. a., sed magnitudine nonnihil majore, nervorum transversorum ordinario fere recto, nec inflexo, & apicali quoque subrecto, nec leniter incurvo.

Ad Illstorp d. 16 Aug. 1855 nonnullas feminas legit *Roth.*

5. *D. ferina* Fall, Zett. III. p. 1268. ♂♀. & XII. 4708. ♂.

(Ad Helsingfors, Eriksberg & Åbo Finland. 7 ♂♂, & 1 ♀ capti 1856, Mus. *Bonsdorff*).

6. *D. triangulifera* Wahlb. Zett. III. p. 1269. ♂♀.

(In Finlandia raro, Prof. *Bonsdorff*; femina ad Orimattila semel lecta, *Mäklin*).

7. *D. carinifrons* Fall. Zett. III. p. 1270. ♂♀, VIII. 3263. ♀, & XII. 4708.

Var. b. ♂♀. III. p. 1270.

Var. c. ♂♀. XII. p. 4708.

8. *D. Volvulus* Fabr. Zett. III. p. 1271. ♂♀, VIII. 3264, & XII. 4708.

In foliis fruticum Scan. borealis ad villam Bökestad d. 21 Jun. 1858 duo feminæ, *Roth.*

9. *D. melanoptera* Fall. Zett. III. p. 1272. ♂♀, XI. 4318, & XII. 4709.

In Scania boreali ad Glimåkra atque ad villam Nyteboda in Umbellatis d. 14—18 Jun. 1856, ♂ & ♀, *Roth.*

In Lappon. ad Tärna mens. Jul. 1856 ♀ rarius, *Holmgren.*

♂♀. Oculi nudi. Alæ ad nervos (præcipue in ♀) late infuscatæ, interstitiis albo-hyalinis. Nervus 3:tius longitudinalis omnino inermis. Nervi transversi: medius apici auxiliaris oppositus, ordinarius parum obliquus, rectus, in medio areæ ultimæ insertus. Area modice aperta, in ipso apice alæ terminata. Spinula costæ nulla. Squamæ subalares sordide albidæ. Halteres nigricantes. Reliqua ut in Dipt. Scand.

10. *D. minima* Zett. III. p. 1273. ♂♀, VIII. 3264, XI. 4318, & XII. 4709.

In floribus Umbellatarum ad villam Bökestad Scan. borealis d. 21 Jun. 1858 duo mares, *Roth.*

11. *D. pygmaea* Zett. III. p. 1274. ♀.

12. *D. dolens* Zett. III. p. 1275. ♂.

13. *D. puberula* Zett. III. p. 1276. ♂♀. & VIII. 3264.

♂ in Lappon. Lulensi ad Quickjock, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

Similis *Phaniæ acerbæ* (1—2), sed multo major & notis allatis distincta.

13—14. *D. curvipes* Zett. n. sp.: ovata, obscure cinereo-grisea, opaca, capite cinereo-albido; palpis lividis; fronte paullo prominente, angusta (♂), aut lata (♀), vitta atra; thoracis lineis, abdominis linea dorsali incisurisque, pedibusque nigris, tibiis posticis (in ♂) paullo incurvis; alis subhyalinis, nervis transversis ordinario inflexo, apicali subrecto, fere in apice alæ excurrente; squamis subalaribus albidis. ♂♀. (Long. fere 3 lin.).

Hab. in Lappon. Lulensi rarissime, Proff. *Boheman* & *Andersson*, Mus. Acad. Holm.

♂. Similis *D. carinifronti* (7) ejusque individuis mediocribus æqualis; sed ab hac corpore magis ovato, fronte multo minus prominente & antennarum seta tantum superne (vix undique) & multo brevius plumata l. distincte pubescente, & ab omnibus conspeciebus mihi notis tibiis posticis in medio paullo curvatis distincta. — Frons paullo prominens, angusta, vitta nigra postice angustissima, anterius paullo latiore, serie setarium tenuium utrinque simplici tantum ad basin antennarum extensa. Antennæ incumbentes, epistomate paullo breviores, lineares, articulo ultimo 2:do (apice rufescente) dimidium longiore; nigræ, seta biarticulata, modice longa, ad medium incrassata. Epistomatis breviusculi margo anticus distincte reflexus, macula utrinque ferruginea. Palpi apice flavo-lividi. Thoracis lineæ nigræ parum distinctæ. Scutellum immaculatum, Abdomen ovatum, obscure cinereo-griseum, linea dorsali incisurisque nigris; segmentis 1:mo breviore, inermi, 2 & 3 margine apicali, & 4:to setuloso, setis non validis. Cauda inflexa, ovata, nigra, nitida. Alæ cinereo-hyalinæ, nervis basi nigricantibus; inermes, spinula costæ parva. Nervi: transversus ordinar. paullo pone medium areæ apice anguste apertæ insertus, apicalis lenissime incurvus. Angulus nervi long. 4:ti obtusus. Halteres flavi. Pedes toti nigri, setosi, pulvillis distinctis, albidis.

♀. Similis mari, a quo differt corpore paullo robustiore, fronte paullo magis prominente, multo latiore, oculis parvis, late remotis, ano simplici, tibiis posticis parum curvatis, ut & pulvillis parvis. — A *D. carinifronte* antennarum seta pubescente l. manifeste brevius plumata mox distinguitur.

(14. *D. compressa* (Fabr.) Zett. III. p. 1277. ♂♀).

Obs. Musca compressa Fabr. genuina vix in Scandinavia deprehenditur.

14—15. *D. rufiventris* Fall. Zett. VIII. p. 3264. ♂♀, & XII. 4709.

(In Finlandiæ Bottnia orientali, *Müklin*, teste Prof. *Bonsdorff*).

15. *D. grisescens* Fall. Zett. III. p. 1278. ♂♀.

In Scania: ad Räften & Fogelsång ♂ d. 1—10 Jul. raro, sed uterque sexus ad Illstorp d. 4—10 Jul. freq., *Roth*.

Var. b. ♂♀. III. p. 1278.

Ad Illstorp cum var. a. feminæ non parce lectæ.

♀. Antennarum seta non longe, sed distincte plumata. Abdomen ad insertionem setarum in margine segmentorum 2:di & 3:tii puncto atro. Pedes rufo-testacei, femoribus anticis superne a basi & fere ad medium cinereis, tarsis omnibus nigris. Hæc vix a varietate a. distinctam efficit speciem.

16. *D. cristata* Meig. Zett. III. p. 1279. ♂♀, & VIII. 3266.

(♂ & ♀ in floribus Pastinacæ, Cari & Dauci &c. ad Uskela Finlandiæ mensibus Julio & Augusto freq., D. *Malm*, qui etiam specimina utriusque sexus benigne communicavit).

17. *D. tachiniformis* Zett. III. p. 1280. ♂, VIII. 3266, & XII. 4709.

Forte solum forma ludens *Tachin. hirticornis* (n:o 175), ut vult Inventor Prof. *Boheman.*

18 Sp.

Fam. 24. SARCOPHAGARIÆ Zett.

126. SARCOPHAGA Meig.

Cohors Prima. Anus maris magnus, tumidus. Etc.

Sect. 1:ma. Palpi nigri. Etc.

A. Anus niger; &c.

*) Tibiæ posticæ in ♂ intus villosæ.

sp. 1—10.

**). Tibiæ posticæ in ♂ & ♀ intus nudæ.

†. Abdomen cinereum, nigro-tessellatum.

sp. 11—12.

††. Abdomen cinereum, triplici serie nigro-lineatum aut punctatum.

sp. 13—16.

B. Anus rufus aut rufescens.

α). Tibiæ posticæ in ♂ intus villosæ.

sp. 17—18.

β). Tibiæ posticæ in ♂ & ♀ intus nudæ.

sp. 19—21.

Sect. 2:da. Palpi flavi. Etc.

Subd. 1. Color corporis præcedentium, cinereus &c.

sp. 22—24.

Subd. II. Color corporis metallicus &c.

sp. 25—28.

Cohors Secunda. Anus maris parvus. Etc.

sp. 29—31.

1. *S. carnaria* Linn. Zett. IV. p. 1284. ♂♀, VIII. 3266, XI. 4318, & XII. 4709. — *Musca* eadem Kramer Diss. Ins. Dan. 1760. p. 28.

(In Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

2. *S. coerulescens* Zett. IV. p. 1286. ♂♀, & VIII. 3266. ♀.

3. *S. striata* Fabr. Zett. IV. p. 1286. ♂♀, VIII. 3267, & XII. 4709. ♂♀.

(In Finlandia: ad Helsingfors, Åbo & Eriksberg passim, Mus. *Bonsdorff*).

4. *S. Atropos* Meig. Zett. IV. p. 1287. ♂♀, & VIII. 3267. ♂.

5. *S. albiceps* Meig. Zett. IV. p. 1288. ♂♀, & VIII. 3267.

6. *S. melanura* Meig. Zett. IV. p. 1288. ♂♀.

(In Finland. passim, Mus. *Bonsdorff*).

In speciminibus recentioribus & bene conservatis frons præsertim in ♂ certo situ olivaceo-micans. Thoracis vittæ dorsales nigræ proprie 5, sed harum laterales magis obsoletæ, unde tantum mediæ latiores & perspicuæ.

7. *S. sinuata* Meig. Zett. IV. p. 1289. ♂♀, & VIII. 3267.

8. *S. Agricola* Macq.? Zett. IV. p. 1290. ♂♀, VIII. 3267. ♂♀, & XII. 4709.

In Scania etiam ad Räften, Sjöbo & Lindholmen d. 27 Jun.--2 Aug., quoque in copula, haud raro; ad Gothoburgum Jul. Aug. mares nonnullos deprehendit *Malm*. (Ad Eriksberg Finland. ♂ raro observatus, Mus. *Bonsdorff*).

9. *S. pumila* Meig. Zett. IV. p. 1291. ♂♀.

10. *S. vagans* Meig. Zett. IV. p. 1291. ♂♀.

11. *S. Arvorum* Meig. Zett. IV. p. 1292. ♂♀, & VIII. 3268.

In Scania etiam ad Illstorp mares plures d. 3—27 Jul. legit *Roth*; ♀ ad Holmiam, Prof. *Boheman*.

12. *S. depressifrons* Zett. IV. p. 1293. ♂♀.

13. *S. affinis* Fall. Zett. IV. p. 1293. ♂♀, VIII. 3268, & XII. 4710. ♂.

Larvæ in cadavere *Melolonthæ vulgaris* captæ; imagines utriusque sexus e pupis d. 27 Jun.—20 Jul. egressæ, *Roth*. ♂ etiam in Oelandia deprehensus, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

Antennarum seta breviter pubescens.

14. *S. lineata* Fall. Zett. IV. p. 1294. ♂♀, & XII. 4710. ♂♀.

In Scania ad Sjöbo, Illstorp & Lindholmen d. 10—15 Jul. haud infrequenter capta; in Gottlandia (ad Wamlingbo?) ♂ raro, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm. (Eriksberg Finland. semel, *Bonsdorff*: ad Wiborg uterque sexus, D. *Pipping*).

♂. Color corporis læte cinereus, fere canus. Antennarum seta fere ad medium incrassata, & in crassitie longe plumata. Anus parvus, cauda scilicet minuta opaca, nec tumida nitida, & in specimine Lindholmensi tota grisea. — Cum *Dexiæ* specie vix confundenda.

15. *S. latifrons* Fall. Zett. IV. p. 1295. ♂♀, VIII. 3268, & XI. 4319.

Ad pagum Illstorp Scan. d. 2—25 Jul. 1855—1859, ♂♀, haud raro, *Roth*; in Gottlandia, ♂, Prof. *Boheman*, Mus. Acad. Holm.

*Var. b. ♀. similis v. a., sed color corporis griseus, nec cinereus. Antennarum seta sat longa fere ad medium incrassata, & in crassitie tantum breviter subplumata seu distincte pubescens. Ad Illstorp d. 10—17 Jul. 1857 plures feminas legit *Roth*.

16. S. *obsoleta* Fall. Zett. IV. p. 1296. ♂♀.

♀ ad Holmiam, *Boheman*, Mus. Acad. Holm..

17. S. *haemorrhoidalis* Fall. Zett. IV. p. 1297. ♂♀, VIII. 3268, & XII. 4710.

(In Finlandia vulgaris, Prof. *Bonsdorff*).

18. S. *cruentata* Meig. Zett. IV. p. 1298. ♂♀.

Feminas nonnullas ad Illstorp Scan. d. 26 Jun.—27 Jul. 1859 deprehendit mecumque communicavit *Roth*.

19. S. *haemorrhoa* Meig. Zett. IV. p. 1298. ♂♀, VIII. 3268, & XII. 4710.

20. S. *haematodes* Meig. Zett. IV. p. 1299. ♂♀, & VIII. 3268.

E pupis sub cortice Fagi ad Lindholmen Scan. captis individua mascula & feminea d. 1—10 Maj. egressa, *Roth*. (In Finland. ♂♀ non raro, Mus. *Bonsdorff*).

21. S. *erythrura* Meig. ♂. Zett. IV. p. 1300. ♂♀.

In Scania: in campis arenosis ad Sjöbo & praesertim ad Illstorp d. 10—26 Jul. 1857 copiose, etiam in copula, *Roth*. (Ad Runsala Finland. 1 ♂, Mus. *Bonsdorff*).

22. S. *ruralis* Fall. Zett. IV. p. 1301. ♂♀, & XII. 4710.

In Scania ad Illstorp d. 2 Jul. 1859 par unicum in copula junctum deprehendit *Roth.*

*Var. b. ♀. multo minor, alias var. a. similis.

Ad Sjöbo d. 20 Jul. 1857 specimen unicum, *Roth.*

23. *S. muscaria* Meig. Zett. IV. p. 1302. ♀, & VIII. 3268.

24. *S. pygmaea* Zett. IV. p. 1302. ♀.

In arenosis aridis ad Illstorp Scan. d. 6—17 Jul. 1859 1 ♂ & 1 ♀ invenit D. *Roth.*

*♂ (hactenus non descriptus) similis ♀, & differt tantum vitta frontali abdomineque paullo angustioribus. Antennæ subfuscæ, articulo 2:do apice rufæ.

25. *S. Mortuorum* Linn Zett. IV. p. 1303. ♂♀ VIII. 3268, & XI. 4319.

(In Finland. vulgaris, Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. IV. p. 1303.

26. *S. alpina* Zett. IV. p. 1304. ♂♀.

27. *S. fuscipalpis* Zett. IV. p. 1306. ♂♀.

28. *S. Vespillo* Fabr. Zett. IV. p. 1307. ♂♀, VIII. 3269, & XII. 4710.

(In Finland. copiose, Mus. *Bonsdorff*).

♂ variat interdum triplo l. quadruplo minor.

29. *S. Genarum* Zett. IV. p. 1309. ♂♀.

30. *S. coerulea* Meig. Zett. IV. p. 1310. ♂♀, VIII. 3269, & XII. 4710.

In Scania ad Lund ♀ jam d. 14 April. capta, Mus. Lundense.

Præter alias notas femina a minoribus speciminibus *S. Vespillonis* differt etiam fronte nonnihil angustiore, subparallela, nec antice paullo latiore.

Obs. *Cyrtoneura cyanea* Wahlb. Zett. Dipt. Scand. IV. p. 1258. 12, cum hac identica est.

31. *S. atriceps* Zett. IV. p. 1311. ♀.

---

31 Sp.

Fam. 25. MUSCARIÆ Zett.

127. LUCILIA Robin. Desv.

A. Palpi rufi vel ferruginei.
sp. 1—4.

B. Palpi nigri.
sp. 5—8,

1. *L. Caesar* Linn. Zett. IV. p. 1312. ♂♀, XI. 4319, & XII. 4710.

(In Finland. vulgatissima, Mus. *Bonsdorff*).

2. *L. ruficeps* Meig.? Zett. IV. p. 1314. ♂♀.

3. *L. sericata* Meig.? Zett. IV. p. 1314. ♂♀, VIII. 3270. ♂, & XII. 4710. ♂♀.

(In Finland. meridion. ♂♀ freq., Mus. *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. IV. p. 1315, & XII. 4711. ♂♀.

(In Finland. ♀, Mus. *Bonsdorff*).

4. *L. fulgida* Zett. IV. p. 1315. ♂♀, & XII. 4711. ♂♀.

Ad Illstorp Scaniæ d. 18 Jul. 1859 ♀ semel, *Roth.*

5. *L. cornicina* Fabr. Zett. IV. p. 1316. ♂♀.
(♂♀ in Finland. copiose, Mus. *Bonsdorff*).

6. *L. illustris* Meig. Zett. IV. p. 1317. ♂♀.
(In Finland. [Eriksberg] ♂ raro, Mus. *Bonsdorff*).

7. *L. Silvarum* Meig. Zett. IV. p. 1318. ♂♀.

8. *L. splendida* Meig. Zett. IV. p. 1319. ♂♀.
Circa Lund Scaniæ mens. Aug. iterata vice freq. lecta. (In Finland. ad Sotkamo mens. Jul. ♂, D. Prof. *Nordman*).

---

8 Sp.

128. PYRELLIA Robin. Desv. (*)

*). Oculi nudi.
sp. 1—5.
**). Oculi hirti.
sp. 6—7.

1. *P. cadaverina* Linn. Zett. IV. p.1320. ♂♀, & VIII. 3270.
(In Finlandia ad Kittilä d. 27 Maj. 1856, Mus. *Bonsdorff*; aliis locis in Finlandia quoque non raro observata).

2. *P. purpureo-fasciata* Zett. IV. p. 1321. ♂.

(*) *Obs.* Species hujus generis valde similes sunt *Cyrtoneuræ*, & vix differunt nisi colore corporis semper splendidiore, metallico, nec nigro, ut & alarum area ultima seu media apice plerumque minus late aperta. Abdomen quoque in *Pyrellia* unicolor, in *Cyrtoneura* vero maculatum aut tessellatum.

3. *P. serena* Meig. Zett. IV. p. 1322. ♂♀, & XII. 4711.

Ad Gothoburgum Jul. Aug. ♀, *Malm.* (In Finlandia vulgaris).

4. *P. cyanicolor* Zett. IV. p. 1323. ♂♀, & XII. 4711.

(In Finland. ad Eriksberg 1 ♂ & 2 ♀♀, Mus. *Bonsdorff*).

5. *P. aenea* Zett. IV. 1324. ♂♀.

6. *P. lasiophthalma* Macq. Zett. IV. p. 1325. ♂♀.

7. *P. eriophthalma* Macq. Zett. IV. p. 1326. ♂♀.

---

7 Sp.

129 a). MUSCA Linn.

A. Thoracis dorsum non tomentosum.
*). Palpi ferruginei (rarissime fusci).
sp. 1—5.
**). Palpi nigri.
sp. 6—8-9.
B. Thoracis dorsum tomentosum. Etc.
α). Alarum area ultima apice occlusa.
sp. 9—10.
β). Alarum area ultima apice aperta.
sp. 11—12.

1. *M. vomitoria* Linn. Zett. IV. p. 1328. ♂♀, VIII. 3271, & XII. 4711. — Kramer Dissert. Ins. Dan. 1760. p. 28.

(In Finlandia vulgaris, Prof. *Bonsdorff*).

2. *M. erythrocephala* Meig. Zett. IV. p. 1329. ♂♀, VIII. 3271. ♂♀, XI. 4319, & XII. 4711.

(In Finland. copiose, Mus. *Bonsdorff*).

3. *M. grönlandica* Zett. IV. p. 1330. ♂♀, VIII. 3271, XI. 4319. ♂♀, & XII. 4712.

(In Finlandia pluribus locis ut ad Åbo, Kittilä, Kajana, Eriksberg, Uskela &c., Mus. *Bonsdorff*).

4. *M. sordida* Zett. IV. p. 1332. ♂♀, VIII. 3271, & XI. 4319.

In Lappon. Umensi ad Åskilje d. 16—19 Jun. 1856. ♂ raro, *Holmgren*. (Ad Eriksberg Finland. 1 ♀, Mus. *Bonsdorff*).

♂♀. Oculi nudi. Series setarum frontalium haud validarum ad basin antennarum continuata. Palpi revera flavi, sed nigro-hirtuli & summo apice nigro. Genæ descendentes, cinereæ, nigro-punctatæ & nigro-hirtæ. Abdomen viride, e coeruleo resplendens. Alarum nervi: 3.tius longitudinalis basi setulis 10—12, 4:tus infra angulum subrectum tantum apparenter & breviter continuatus; transversus ordinarius obliquus & paullo inflexus, distincte pone medium areæ ultimæ apice apertæ insertus; apicalis leniter incurvus; area nonnihil ante apicem alæ terminata; spinula costæ nulla. Squamæ subalares sordide albæ. Halteres testacei. — Variat magnitudine *Muscæ vomitoriæ* (1). De cetero ut in Dipt. Scand. V. l. c. c.

5. *M. pubiceps* Zett. IV. p. 1333. ♂.

6. *M. azurea* Fall. Zett. IV. p. 1334. ♂♀, & XII. 4712. ♀.

(In Finland. meridional. [Eriksberg] 1 ♂, Mus. *Bonsdorff*).

7. *M. domestica* Linn. Zett. IV. p. 1335. ♂♀, & VIII. 3271. — Kramer Diss. Ins. Dan. 1760. p. 28.

(Quoque in Finland. copiose, Mus. *Bonsdorff*).

8. *M. corvina* Fabr. Zett. IV. p. 1336. ♂♀, & VIII. 3271.

(In Finland. vulgaris, Mus. *Bonsdorff*).

8—9. *M. vitripennis* Meig. Zett. IV. p. 3271. ♂.

9. *M. atramentaria* Meig. Zett. IV. p. 1337. ♂♀, VIII. 3273, & XII. 4712.

(In Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

*9—10. *M. fulvicornis* Zett. n. sp.: nigricans, capite griseo; antennis, epistomatis lateribus palpisque ferrugineis; thorace parcius cinereo tomentoso; abdomine glauco-tessellato; pedibus nigris; alarum area ultima apice subocclusa. ♂. (Long. $2\frac{1}{2}$ lin.).

Hab. in Scania rarissime: ♂ d. 31 Jul. captus, Museum Lundense.

♂. Valde affinis & similis *M. atramentariæ* (9) & individuis ejus minoribus æqualis, sed antennis palpisque totis ferrugineo-flavis præcipue distincta. Per easdem notas ut & alarum aream ultimam seu mediam apice parum apertam a *M. rudi* (11) quoque dignoscitur. — Caput cinereum. Oculi contigui. Frons paullo prominens, vitta (triangulo supra antennas) obscure cinerea. Antennæ totæ sordide flavo-ferrugineæ. Epistomatis carinæ laterales inferne dilatatæ, ferrugineæ. Os haud reflexum. Palpi ferrugineo-flavi. Genæ paullo descendentes, cinereæ. Barba menti pallide flava. Thorax dorso nigro-setosus, sed parce pallide tomentosus. Pleuræ cinereæ. Alarum nervi: transversus ordinarius in-

flexus, apicalis incurvus. Area angulo subrecto, apice potius occlusa, quam aperta vocanda. Squamæ subalares sordide albidæ. Halteres pallidi. Pedes toti nigri.

10. *M. depressa* Meig. Zett. IV. p. 1338. ♀, & XI. 4319.

(Ad Uskela Finlandiæ 1 ♂, Mus. *Bonsdorff*).

11. *M. rudis* Fabr. Zett. IV. p. 1339. ♂♀.

(In Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

12. *M. nitens* Zett. IV. p. 1340. ♂♀, VIII. 3273. ♀, & XII. 4712. ♀.

In Scania: mares in florib. Cratægi Oxyacanthæ d. 10 Jul. ad Räften, & feminas ad Ringsjön invenit *Roth*; in Westrogoth. circa Gothoburgum mens. Jul. & Aug. utrumque sexum deprehendit *Malm*. (In Finland. haud raro, teste Prof. *Bonsdorff*).

---

14 Sp.

129 b). IDIA Meig.

1. *I. fasciata* Meig. Zett. XII. p. 4713. ♂♀.

---

1 Sp.

130. MESEMBRINA Meig.

1. *M. mystacea* Linn. Zett. IV. p. 1341. ♂♀, & XII. 4714.

In fol. Coryli Avellanæ ad Kärralund prope Gothoburgum d. 1 Jun. 1856 ♂, *Malm*. (In Finland. passim, *Bonsdorff*).

Var. b. ♂♀. IV. p. 1342, & VIII. 3273. ♀.

In Scania boreali ad Balsberg d. 11 Jun. 1858 feminam unicam hujus varietatis cepit *Roth.* — Quoque in Westrogoth. ad Gothoburgum mensib. Jul. & Aug. reperta, Dom. *A. W. Malm.*

Var. c. ♂♀. IV. p. 1342.

(In Finlandia cum var. a. & b. frequent., Mus. *Bonsdorff*).

2. *M. meridiana* Linn. Zett. IV. p. 1343. ♂♀, VIII. 3273. ♂♀, & XI. 4319.

Etiam in Suecia occidentali ut ad Gothoburgum inventa, *Malm.* (In Finland. ♂ & ♀ copiose, Mus. *Bonsdorff*).

2—3. *M. intermedia* Zett. VIII. p. 3274. ♂♀, & XII. 4714.

3. *M. resplendens* Wahlb. Zett. IV. p. 1344. ♀, & VIII. 3275. ♂.

4 Sp.

131 a). CYRTONEURA Meig.

A. Oculi nudi.

*). Palpi nigri.

α). Alarum area ultima (media) apice modice aperta. sp. 1—4.

β). Alar. area ultima apice latissime aperta; &c. sp. 5—6.

**). Palpi ferruginei. Etc.

sp. 7—9.

B. Oculi hirti. Etc.

sp. 10—11.

(Species dubia:

sp. 12).

1. *C. Hortorum* Fall. Zett. IV. p. 1346. ♂♀, VIII. 3275, & XI. 4319.

(In Finland. copiose, Mus. *Bonsdorff*).

2. *C. curvipes* Macq. Zett. IV. p. 1347. ♂♀, & VIII. 3275. ♂.

Obs. *Cyrt. valga* Wahlb. Zett. IV. p. 1348. 3. huc ut ♂ referatur.

(In Finlandia: ad Kakkarais 1 ♂, *Pippingsköld*, & ad Eriksberg 1 ♀, *Bonsdorff*, Mus. *Bonsdorff*).

(3. *C. valga* Wahlb. Zett. IV. p. 1348. ♂, & VIII. 3275. ♂).

Obs. Deleatur, nam cum *Cyrt. curvipede* n:o 2 identica est.

4. *C. tempestiva* Fall. Zett. IV. p. 1349. ♂♀, & XII. 4714. ♂.

(In Finland. non raro, Prof. *Bonsdorff*).

♂♀. Alarum area ultima apice anguste aperta. In speciminibus illæsis abdomen cinereo-flavidum, nitens, segmento 1:mo fere toto, 2:do vitta dorsali incisurisque nigris.

5. *C. caesia* Meig. Zett. IV. p. 1350. ♂♀.

6. *C. assimilis* Fall. Zett. IV. p. 1351. ♂♀.

(Ad Eriksberg Finland. 1 ♀, Mus. *Bonsdorff*).

7. *C. Pabulorum* Fall. Zett. IV. p. 1352. ♂♀, & VIII. 3275.

8. *C. Pascuorum* Meig. Zett. IV. p. 1353. ♂♀, & VIII. 3275.

9. *C. stabulans* Fall. Zett. IV. p. 1354. ♂♀, & VIII. 3275.

(In Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

10. *C. maculata* Linn. Zett. IV. p. 1355. ♂♀, VIII. 3276, XI. 4320, & XII. 4715. ♂.

Ad Gothoburgum ♂♀ vulgares, *Malm*. (In Finlandia rarius, Prof. *Bonsdorff*).

10—11. *C. picta* Zett. XII. p. 4715. ♂.

11. *C. meditabunda* Fabr. Zett. IV. p. 1357. ♂♀, & VIII. 3276.

(In Finland. freq., Mus. *Bonsdorff*).

(12. *C. cyanea* Wahlb. Zett. IV. p. 1358. ♂♀, & VIII. 3276).

Obs. E serie specierum excludi debet, quoniam eadem est ac *Sarcophag. coerulea* n:o 30.

11 Sp.

131 b). CINOCHIRA Wahlb.

1. *C. atra* Wahlb. Zett. IV. p. 1359. ♂? VIII. 3276, & XII. 4716.

Obs. Ut in Tom. VIII:vo jam admonui ut synonymon huic allegatur *Anthomyza pingvicula* mihi Dipl. Scand. Tom. 5. p. 1759. 142. ♂, quæ igitur ibi tollenda.

1 Sp.